



H-A  
27  
18

Sala	26
Gab.	
Est.	10
Tab.	5

ON TIME

PARACTO

...

ACTUS

...

...

OCATIS

...

...

...

...

...

...

...



H-A  
27  
18

*Stalour & Joimtra*  
**D. HIERONYMI**

**SYLVII DE ARAUJO**

**ULYSSIPONENSIS JURISCONSULTI, ET IN CURIA**

Advocati, prius Philosophiæ Athletæ, & sæpe pro Rhetoricâ,  
& Poesi, publicis, Regalibusque præmiis condecorati,

**PERFECTUS**

**ADVOCATUS,**

HOCEST,

**TRACTATUS**

**DE PATRONIS,**

**SIVE ADVOCATIS,**

**THEOLOGICUS, JURIDICUS, HISTORICUS,**

**ET POETICUS,**

Seu, quod idem valet, omnibus venustatibus onustus;

**CUI ACCEDUNT**

**SUPREMI LUSITANI SENATUS**

**PULCHERRIMÆ, ET VERE AUREÆ DECISIONES,**

Nec non & Forenses aliquæ Consultationes.

Omne opus duobus libris distinctum;

**JUDICIBUS, ET PATRONIS**

**CAUSARUM NON INJUCUNDUM.**

Accedit in fine Tractatus alter de Judice Perfecto, sive ars Forensium Judicium  
cum methodo campis metatis Indicem faciendi.

**DICATUS**

**ILLUSTRISSIMO DOMINO**

**D. F. SEBASTIANO**

**PEREIRA E CASTRO**

Equiti Avifensi, Trium Ordinum Militarium Procuratori Generali;  
Domûs Supplicationis Senatoris Gravaminum, &c.

**ULYSSIPONE.**

Ex Typis JOANNIS BAPTISTÆ LE

Anno Domini M. DCC. XLIII.

Solitis obtentis facultatibus, & Regali Privilegio.

Faculdade de Direito

A-A  
27  
18 a)



D. HIERONYMI

SYLVII DE ARAUJO

UT SUPPONE VRSIS JURISCONSULTI, ET IN CURIA  
Advocati, prius Philosophiae Artibus, de sepe pro Rhetorica  
& Libris, publicis, Regalibusque premiis condonari,

PERFECTUS

ADVOCATUS,

HOC EST,

TRACTATUS

DE PATRONIS,

SIVE ADVOCATIS,

THEOLOGICIS, JURIDICIS, HISTORICIS,  
ET POETICIS,

Sci, quod idem vult, omnibus virtutibus ornatiss.

CULACEDUNT

SUPEREMULSITANI SENATUS

PULCHERRIME, ET VERE AUREAE DECISIONES  
Nec non & Fontes alijs Constantibus

Omne opus duobus libris distinctum

JUDICIBUS, ET PATRONIS

CAUSARUM NON IN JUCUNDUM

Accedit in fine Tractatus alior de Jure Patrono, sine in Forensium Judicium  
cum methodo campis tractatus indicem facienti.

DICATUS

ILLUSTRISSIMO DOMINO

D. FERDINANDO

PEREIRA CASTRO

Regis Avellan, Trium Ordinum Militarium Procuratori Generali,  
Domus Supplicationis Senatus, Gravissimum, &c.

ULYSSE

Ex Typis JOANNIS BAPTISTAE L...

Anno Domini M. DCC. XLIII.

Salutis obtentis facultatibus, & Regni Præsidis



ILLUSTRISSIMO VIRO  
DOMINO  
D. F. SEBASTIANO  
PEREIRA E CASTRO

EQUITI AVISENSI, TRIUM ORDINUM MILITARIUM  
Procuratori Generali, Domus Supplicationis Senatori Gravaminum  
æquissimo, Sancti Officii deputato integerrimo, & Bullæ Cru-  
ciatae Dioecesis Eborensis Canonico scholastico emeritissimo, &c.

**P**erfectum Advocatum, opus sane utilissimum, nos-  
tris sumptibus in lucem publicam prodeuntem, Te ju-  
re optimo Mecenatem, patronum, & titularem quis ado-  
ptare non conspiciat: Te, inquam, tuumque venerandum  
nomen meritò in fronte requirit; quem etenim nisi perfe-  
ctum

Etum *Judicem perfectus Advocatus desiderasset*, quem nisi subtilissimum legum interpretem, quem nisi omnibus liberalibus disciplinis instructum, consummatumque virum concupisceret. Præcipue cum labore nostro in publicam utilitatem typis exeat exaratum, labore inquam nostro, non alii dicandum foret; adeo etenim eximiis me meritis devixisti, tanto favore, benignitateque personam nostram prosequeris, quod si sui materia tibi aptius, & justius hoc opus conveniat, obsequii debiti ergo à me tibi, heros amplissime, solummodo sacratum esse debuerat. Accipe ergo hoc nostri amoris pignus, monumentumque perenne, dum alii alia ampliora tibi consecrant, & dicant. Deus te decus, & presidium nostrum nobis diu incolumem, sospitemque conservet, tueatur, & fortunet.

*Humillimus, & addictissimus servus*

*Joannes Baptista Lerzo.*

**P**ro-  
fessionem Advocatum, quæ sane arduissima, nos-  
tris sumptibus in lucem publicam proferentem, Te in-  
re optimo Mæcenas, patronum, & titulumque quis ade-  
ptus non consistat: Te inquam, tamquam venerandum  
nomen merito in fronte reputat: quæ enim nisi pro-  
fessio



# AD LECTOREM.

**E**N ego tandem humilis Advocatus, viribus imparibus, rudis ingenio, sterilis eloquio, sine fama, sine nomine, laboribus quassatus, periculotam descendo in arenam, ac quaecumque opus edo obtrectatorum iaculis latratibus patens. Si respondere adversariorum meorum maledictis futuris vellem, longo (in limine) volumine egerem. Nos autem, qui advocacionis muneris saltem parvam habemus notitiam, & latinus nobis utcumque sermo non deest, Jurisque studium; captis desistere recusamus, quidquid fera sibilet hydra, seu Sinon victor incendia jactet. An novum hoc? Scio equidem cum Salomone Eccles. 4. omnes hominum labores, ac industriam patere invidiae proximi; nec me latet quam perdifficile sit ad omnium salivam scribere; vitium etenim hominibus est innatum, ut melius aliena opera, quam sua carpant; proindeque nullus ab invidis usque adeo intactus, nemo ita perfectus, ac sublimi ingenio praeditus, quin ex Zoili rigida secta plurimi contra eum insurgant; quo fit ut nuper edita maledicorum extemplo linguis confediantur. Quis Solone doctior? Sed nonnulli eum insimularunt stultitiae. Quis Hercule fortior? Plurimi reputarunt ignavum. In vita Sagarin, post obitum Zenophontem aemulum ingeniosus Homerus habuit. Quandoque ego dormitasse fateor. Aristotelem Peripateticae doctrinae facile Principem, & per antonomasiam Philosophum obscuritatis plerique notant, ipsumque saepe Galenus reprehendit. Virgilius, quem tentare nefas judicavit Stadius, a multis Homerici laboris compilator habetur. Demosthenes eloquentia Graeca primus Tullio in omnibus non placuit. Trogus Pompeius Titum Livium arguit, quem tamen jure merito extollit summa laude Divus Hieronymus, & lacteo eloquentiae fonte manantem Maximus recognoscit in epistola, quam scripsit Paulino.

Quid referam alios? Senecam rident ulli, ac calcem

sine arena nuncupant. Marcellus in Salvium Julianum notis sæpe fertur. Nosti Martialem, de quo bene *Sidonius Apollinaris carm. 23.* ita cecinit.

*Quid celsos Senecas loquor, vel illum;  
Quem dat Bilbilis alta Martialem?*

Sinistra tamen infeliciū Criticorum patitur Iberus iudicia, nempe Volaterrani, Pauli Jovii, & aliorum. Jurisperitos afferam in medium? Væ mihi! Istis mos est ad invicem lacerari; raroque inter illos pax, & concordia notatur. Cave ab isto, cave ab illo, quotidie sonant; ac ex aliorum penu sublata clamitant quæcumque in lucem opera exeunt. Sic Cassaneum irridet Tiraquelus, ne dicam de aliis; infinitus enim forem. Mendes vocat Phæbum audaculum, ac in alio numero non omnino malum authorem, ut laudi jungeret injuriam. Melius autem Leitaõ dentibus infrendens vituperat illius libros reproductos, prima enim, & secunda pars practicæ a Mendes proditæ inter se concordant, ut ita dicam, in genere numero, & casu; quod forsitan supponat Leitaõ. Certum est Mendes, & Phæbum esse bonos authores; & ita semper intellexi.

Quid igitur, Zoile, damnari timeam, si tu antiquioribus, doctissimisque viris adhuc non parcis? Festino vel ideo, & nauta non omnino infelix, hærentis in salo naviculæ funem magis præcido, quam solvo, ut novi Advocati, quibus prodesse desidero, hic accipiant bona muneris documenta, veritatisque omnes dediti justitiam colant, auctoritatemque suam cognoscant, ac sancta ducti præsumptione nihil indignum excogitent. Hic amor, hoc præmium est! Et dummodo vel uni proficiam, Zoilis contra me clamantibus, labori plaudo. Hic privata lectione contentus libros non offeret vobis, nec ego fastidiosos cibos ingero: qui velit accipiat, qui arguit, nullatenus emat. O miserum Zoilorum supercilium, qui judicare tantum de aliis, & ipsi nihil facere noverunt!

Quod ego in Operis principio laudem aliquos Advocatos, quorum clara nomina parvum tradit volumen, non ideo est; quia alii multi non sint ingentis doctrinæ viri;

viri; ast ego omnes in medium adducere non possum, neque enim scribo catalogum. Et licet hoc opus peteret, multos non cognosco, nec notus ab illis. Adde, quod ego loquor secundum meam opinionem, quæ quidem neminem aut doctum, aut indoctum faciet. Si sapiens es, meis laudibus non eges; immo, si verum fatear, non est tutum laudari ab indocto; ideo tibi non laudato creditor sum, illis verò, quos ad sydera extollo, seu Judices sint, sive Advocati, debitor existo, quia sinunt. Parcant viri disertissimi, & siqui sunt (vereor nimis) quibus nostra non displicent, liber patet vel ideo pretiosus, quia tanta continet in se Nomina. Siquis autem putet me ex adulatione procedere, mentitur sane, neque enim ab ullo spero præmium, confido in Domino, quem si habeam, quo nam egeam? Adde: si digni laude sunt, quid illis do? Si verò non essent (quod negamus) grandis mihi culpa, per quam nulla via tuta est.

Aliquando invehor in malos Advocatos, & indoctos. Nec ideo me doctum, aut bonum probo; immo hæc maxima mihi miseria est, & notabilis confusio, quod cum omnium indoctior existam, arguam cæteros. Ast ego nullum offendere intendo, vel alicujus nomen publicum facio, me excepto; propriam enim manifestare ignorantiam quisque potest, alienam minime. In toto terrarum orbe sunt Advocati boni, & mali: illi pleno ore laudandi, isti tacitis nominibus reprehendendi; sic enim, ut plerumque accidit, proficere intendunt, studio operam dabunt, virtutisque apices petent. Virtutem non discatis ex me, verumque laborem, ex dictis tamen a me discite: aliud est dicere, aliud operari. Dicente me, operamini, & a Deo vobis, & mihi gratiam postulate, ut quæ aliis edo intimo corde habeam; istudque veluti directorium gubernet me post hac, ne judicer in illo. Hoc certe timeo, paratus autem sum pati quæcumque hominum judicia, quibus displicere parum, aut nihil (quod potius reor) interest; cura sit nobis placere Deo. Vos bonos, doctosque rogo, ut contra latrantes canes, qui adversum me, opusque

meum rabido ore defæviunt, atque in eo se magnos arbitrantur, si aliis detrahant, non tantum clementiæ vestræ, sed etiam orationum vestrarum impenetrabiles clypeos opponatis.

Decisiones autem, quas parvum hoc amplectitur volumen, non est Zoilo rejiciendi potestas, Senatus etenim sunt; & plures separatim dabo, Deo volente, nec interea possum litibus quassatus, nec requirere ab scribis processus, & si omnes panderem, quibus Advocatus fui, longum opus esset, sed neque de multis recordor. Consultationes habetote paucas, ast non malas; & scribenti parcite, dat enim quod habet. Stat sua cuique voluptas.

*Populus Alcide, gratissima vitis Jaccho,*

*Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phæbo:*

*Phyllis amat corylos -*

*Fraxinus in Sylvis, pulcherrima pinus in hortis,*

*Populus in fluviis, abies in montibus altis.*

Accipite ergo, sapientissimi Lectores, nostrum hoc qualecumque opus, quasi apertum quidem, & spatiosum campum pulcherrimis, suavissimisque refertum floribus, tot enim habet, quot Nomina Judicum, & Advocatorum, & ita per volumen jucunde vagari ad libitum potestis, hinc inde percipientes suavissimam redolentium florum fragrantiam. De opere autem absolute sic intelligite.

*Quod potui, vobis Sylvestri ex arbore lecta*

*Aurea mala decem mitto, cras altera mittam.*

Non omnia possumus omnes. *Valete.*

# A U T H O R

## AD LIBRUM SUUM.

**Q**UO properas modo, parve liber, quo tendis, & ultra  
Progredieris? Domino non licet ire tuo!  
Hirsutus videare comis, salvumque negabis:  
Vita etenim adversis (mors mihi dura) terit!  
Vade tamen, Dominoque tuo felicior urbes  
Ingredere; & meritis suscipe digna tuis.  
Quamvis purpureo defint vaccinia succo,  
Scis bene abesse procul luctibus illa meis!  
Incultus graderis, funesta, & sindone tectus,  
Candida non nigra cornua fronte geris!  
Siquis eram, siquis Sylva fuit, nunc luctus, & horror!  
Æternum lachrymas funde, Thalia, precor!  
Ingenium cecidit, quoniam fortuna volavit:  
Scilicet incerta est hic quoque nixa rota!  
Postquam castus amor deceptum morte fefellit,  
Carminibus certe gratia nulla meis.  
I tamen, & pro me Tu cui licet, aspice mundum;  
Atque habitum tristem temporis hujus habe  
Invenies aliquem, qui te suspiret, & ultro  
Accipiat mentis pignora grata mea.  
Et quamvis vadas celsas peregrinus in oras,  
Non tamen ignotum posse venire putes.  
Scilicet; & titulo, claro noscère colore,  
Materie vires exsuperante alias  
Volve diu, tacitaque diu circumspecte mente,  
Quem prius alloqueris, quid tua verba sonent?  
Heu! Fugito indoctos, sapientes quærere fas est:  
Ignaris nunquam gratus adesse velis.  
Nam male comptus ades, doctis te tradere vellem,  
Excuset culpam doctus ubique meam.  
Fessus eram, requiesque mihi, non fama petita est:  
Mens intenta meis ne foret usque malis.  
Da mihi vel Paulum, & tantos circumspecte casus,  
Excidet ingenium, Paulus & ipse malis.  
Paulus amor juris, grandis modò Nerva taceret:  
Excusatus ero sic quoque sorte meâ.

Docte legas , veniâque tua dignare libellum :  
Si facias , reddi gratia multa potest.  
Tradam Causidicos , & maxima nomina chartis,  
Æternum illorum fama perennis erit.  
Cedant arma Togæ , cedant & Apollinis artes :  
Raucis Causidicis astra benigna favent:  
Nec quia nos instet duro Bellona flagello ,  
Cedere Bellonæ docta Minerva potest.  
Vincitur armipotens Mavors , curruſque ſuperbos  
Fastidit , gladio nec fera bella movet.  
Namque alis Pallas volat , alis ardua quærit  
Sydera , ſunt alis aſtra minora ſuis.  
Quid clipei ? In noſtros duros quis dirigat iſtus ?  
Dirigat , interea tela reuſa cadent.  
Causidicus ſapiens poterit dominarier aſtris ,  
Imperio poterit jungere cuncta ſuo.  
Verus erit , libris fidens , fiduſque Clienti ,  
Quem calamo æterno tollat ad aſtra ſuum.  
Defendat viduas , miſeros debellet avaros ,  
Et reddat factis ſic unicuique ſuum.  
Nobilis aſſurgat , claram ſapientia ſedem  
Alta dabit , magnis non minor ille viris.  
Maior erit , famaſque ſua celeberrimus aſtris :  
Causidicum ceſſum vincere quis poterit ?  
Tutus erit , tutas agitabit Dædalus alas ,  
Stultus Achilleos non adamabit equos.  
Et pede inoffenſo ſpatium decurrere vitæ  
Dignetur , fato candidiore frui.  
Ne , caveat , profugæ deſint alimenta ſenectæ ,  
Et manſueto pectore ſemper agat.  
Non ſit verbofus , paucis contenta Minerva eſt :  
Ne tradat cauſas , ſic quoque magnus erit.  
Hic imitanda leget , largos ſibi ſumet honores ,  
Et ſolum caſtas caſtus amabit opes.  
Hinc diſcent vitare mei mendacia veri  
Causidici , cunctis ſermo jucundus erit.  
Andreas dabit exemplum , multique beati ,  
Ambroſius Romæ fidus in urbe dabit.  
Aſpice Luſorum ceſſa de Sede cohortem ,  
Causidicos veros Lyſia & alma dedit.

Antiquos possint calamis qui vincere Paulos :  
Romanum cedat gloria Lyfiadis ?  
Luse toga grandis , ferro metuende per Orbem ,  
Lyfia magna armis , maxima ubique togâ es.  
Sin liber iste suâ privetur laude , decorus  
TEIXEIRA eximio , credito , semper erit.  
Sufficit hoc Nomen toto venerarier Orbe :  
Ob famam istius sæpe legendus erit.  
Hei mihi , non multas quod habent mea carmina vires ,  
Nostraque sunt factis ora minora suis !  
Antè tamen celso pascentur in æthere cervi ,  
Aut Ararim clarum , Tu fere Parthe , bibes.  
Quam nostro illius labatur pectore Nomen ,  
Illius æternum me memorem esse decet.  
Suscipite , ablatas liber est incudibus iste ,  
Nec fuerat scriptis ultima lima meis.  
Non laudem quæro , veniam clementia poscit :  
Non fastiditus si tibi , gratus ero.  
Zoile , quid clamas ? nostrum de more laceffis  
Hoc opus , ingenio ctedis abesse tuo ?  
Ede tuos ergo nobis , severe , libellos ?  
Non satis est linguâ carpere posse meos.  
Scilicet est primis certe sua gratia pomis ;  
Hibernæ pretium vel meruere rosæ.  
Si rosa de spinis gratissima surgit acutis ,  
De nostris spinis crescit & iste liber.  
Quale rosæ fulgent inter sua lilia mistæ ,  
Zoile , crede , meum sic quoque fulget opus.  
Hæc tibi dicta tamen : Sapiens mihi parcat , & ultro :  
Quæsito nostro tempore tutus ero.  
Quoque magis faveat : non sunt hæc edita Sylvâ ;  
Sed quasi de Sylvæ funere rapta legat.  
Forfitan at nostræ Sylvæ sint consule dignæ :  
Quidquid erit , credo , non morietur opus.  
Non adeo cecidi , quamvis abjectus , ut iste  
Non possit toto noscier Orbe liber.

Antiquos possunt calante  
Romani cedat gloria  
Iule toga grandis, ferro  
Lyla magna armis, maxima  
Sic liber ille sol privatus  
TEIXERA eximio, credito  
Sufficit hoc Nomen toto  
Ob famam illius scpe  
Hei mihi, non nullas pro  
Nostrique sunt factis  
Aut tamen cello pascant  
Am Aram clarum, Tu  
Quam nostro illis labant  
Illius aeternum me  
Suscipere, splens libet  
Nec fuerit scriptis  
Non laudem parvo, veni  
Non fastidius hinc, gratia  
Noile, quid clamans  
Hoc opus, ingenio  
Ede nos ergo nobis, severi  
Non satis est hinc  
Scilicet est primis  
Hiberna pretium  
Si sola de spinis  
De nostris spinis  
Quale rose fulgent  
Noile, crede, meum  
Hac tibi dicta tamen  
Quartio nostro  
Quoque magis favesit  
Sed quia de Sylva  
Fortan ac nostrae  
Quidam erit, credo  
Non adeo cecidi, parvus  
Non posse toto  
Ambrosius Romae  
Aplia Laetitia



# FACULTAS.

## SANCTI OFFICII.

**V**istas as informações, póde-se imprimir o livro intitulado: *Perfectus Advocatus*, Author Jeronymo da Sylva de Araujo; e depois de impresso tornará para se conferir, e dar licença que corra, sem a qual não correrá. Lisboa Occidental 14. de Setembro de 1736.

*Fr. R. de Alencastre. Teixeira. Soares. Abreu.*

## ORDINARIII.

**P**ode-se imprimir o livro, de que se trata; e depois de impresso tornará para se conferir, e dar licença, para que corra, sem a qual não correrá. Lisboa Occidental 29. de Janeiro de 1737.

*Gouvea.*

# SENATUS SUPREMI.

*Censura D. Senatoris Francisci Pererii à Cruce, Senatoris  
Gravaminum Domûs Supplicationis, &c.*

## DOMINE.

**E**X Regio præcepto benevolenter perlegi tractatum de Perfecto Advocato; res nova, & titulus sane apud nos desideratissimus, & optatus; sed non facile praticatus; fateor ingenue nihil utilius Reipublicæ, nihil convenientius clientibus, nihil jucundius Judicibus perfecto Advocato; patitur continuo Republica multiplicatis litibus ob non perfectum Advocatam, stranguantur clientes per vicos, & plateas somnum, quietem, ac tranquillitatem nescientes ob non perfectum Advocatam; vexantur Judices excessivum ferentes laborem, ac maximam exercentes patientiam ob non perfectum Advocatam. Quot mala ex non perfecto Advocato nascantur, & resultent, non facilis expositionis res est; delicta inulta vel ob mendacia, & falsitates, quibus processus involvunt non perfecti Advocati; vel ob incomprehensibiles moras, & ambages, quibus prolongantur acta, itaut non possint offensi ultionem, aut satisfactionem assequi: res sua cuique tarde, ac morose tribuitur, & multoties domino suo perit ob imperitiam, iniquitatem, malevolentiam, culpabilem ignorantiam, & male firmatam conscientiam Advocati; quod si Judices emendare, vel reformare velint, non opis est suæ; neque enim supplere possunt facta, nec tantis obviare malitiis; ex præfatis malis unum tantum utilitatis ex imperfecto Advocato evenire potest, quod tam clientes, quam Judices sua expiabant peccata, patientiam prudenter, ac devote ferentes.

Nunc offert prudentissimus Author perfectum Advocatam; sed quis erit iste, quando apparebit, & laudabimus eum? Perfectas ostendit ingeniose regulas, quibus imbui, ac indui debet perfectus Advocatus; oh utinam fructiferus, non cassus sit labor; opus non solum juris dictamine, sed Latinitatis elegantia, ac Poesis venustate non semel exornat, & silvestrem haud tenui musam meditatur avena. Ex hac Sylva non vepres ictu ferientes, non flores absque grato odore olfacientes parturiunt, sed suavia producuntur folia, dulces demonstrantur succus, ac perfecti, palatoque juris gratissimi proferuntur fructus: hæc Sylva ex illis provenit, quas dii quoque habitarunt; Sylva fuit apud nos variæ lectionis; sed nunc veracius apparet hujus  
commen-

commendatæ expectationis exercitatio; nam in præsentî opere Jurisprudentiæ recti tramites edocentur, historiæ notitia traditur, modestiæ semina exponuntur, avaritia non semel increpatur, boni mores declarantur, Comicus tractatus explicatur, vitia detestantur, pax Republicæ introducitur: ergo Sylva hæc æternum durabit per ævum; non erit Sylva Cædua, ut Cædatur, sed ut ex radicibus aliæ perpetuò emanent, juxta quæ Gayus J. C. in *L. Sylva* 30. ff. *de Verbor. signific.* non erit aspera, ut illa apud Virgil. 1. Georg. *Subit aspera Sylva*, sed semper suavitate delectabilis, tanquam viridarium continens, prout in *L. 17. §. 1. ff. Si servit. vendic.* observavit *Cujac. lib. 10. cap. 15.*

Nihil in hoc libro offendi aut bonis moribus dissonum, aut patriis legibus contrarium; ideo dignum reputo, ut typis mandetur, & tanti Authoris, seu Perfecti Advocati in publicum fama decurrat, mihi quidem satis cogniti, & veneratione habiti, ex quo tempore in Palatino Senatu de jure egregie, & laudatissime examen subiit. Ulyssipone Orientali 8. Martii 1737.

*Doct̃or Franciscus Pereira da Cruz.*

**Q**ue se possa imprimir, vistas as licenças do Santo Officio, e Ordinario; e depois de impresso tornará á Mesa para se conferir, e taixar, que sem isso não correrá. Lisboa Occidental 23. de Mayo de 1737.

*Pereira.*

*Teixeira.*

commendatibus expectationis exercitatio; nam in presenti opere Juris  
 prudentie recti termines edocentur, hinc illuc notis traditur, model-  
 lare semina exponuntur, avaritia non semel increpatur, boni mores de-  
 clarantur, Comicus tractatus explicatur, vitia detestantur, pax Rei-  
 publice introducitur: ergo Sylva haec aeternam durabit per aevum;  
 non erit Sylva Cadua, ut cadatur, sed ut ex radicibus aliae perpetuo  
 emanent, iuxtaque dicitur in A. Sylva 2. ff. de Verbor. Signific.  
 non erit alpera, ut illa apud Virgil. I. Georg. Subit aspera Sylva,  
 sed semper iuvante delectabilis, tanquam viridarium continens, prout  
 in A. 17. §. 1. ff. de Verbor. Signific. observavit Cujac. lib. 10. cap. 15.  
 Nihil in hoc libro offendi aut bonis moribus dissonum, aut patris  
 legibus contrarium; ideo dignum reputo; ut typis manderetur, & tan-  
 ti Auctoris, seu Perfecti Advocati in publicum fama decurrat, mihi  
 quidem laus cogniti, & veneratione habiti, ex quo tempore in Pala-  
 tino Senatu de iure egregie, & laudatissime examen subit. Ulyssipone  
 Orientali 8. Martii 1737.

Doctor Franciscus Pereira da Cruz.

De le golla impium, villas as licencas do Santo Officio, e Or-  
 thario; e depois de impetillo tomara e Mela para se consertar, e Or-  
 taizar, que tem sido ha corteza. L'asos Occidental 23. de Mayo  
 de 1737.

Petera  
 Pereira

(The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a continuation of the document or a separate page of text.)

# INDEX

## CAPITULUM,

QUÆ IN PRIMA PARTE CONTINENTUR.

**C**AP. I. De antiquitate, & usu Advocandi, Advocatorum nobilitate, & privilegiis in cōmuni, p. 1.

CAP. II. De variis nominibus, quibus Advocati fruuntur, p. 12.

CAP. III. Pandit modum, quo Advocatus veram jurisprudentiam acquirat, & penetret juris arcana. Invitantur nostri Advocati ad virtutem, à quo sanctæ orationis exercitium, atque juris nostri scientia dependet, p. 14.

CAP. IV. Utrum licite, & convenienter aliqui arceantur ab officio Advocandi, & quales sint? An qui est prohibitus à munere Advocati, si tamen patrocinetur, peccet mortaliter? Utrum restitutio competat eligenti procuratorem minorem, p. 18.

CAP. V. Quando Clericus possit esse Advocatus? Et utrum in jure Doctor possit ordinari sine patrimonio, non obstante Concilio Tridentino? p. 25.

CAP. VI. De Advocato excōmunicato, p. 29.

CAP. VII. De Advocato hæretico, quando Advocatus ad patrocinandum admittatur in hæresis crimine, & qualis esse debeat? De Santo Tribunali Inquisitionis, p. 33.

CAP. VIII. De Advocato promittente bonum litis eventum de eo, qui se simulat (ad hoc) amicum boni Judicis, & turpissimus dicitur funi venditor, p. 37.

CAP. IX. De Advocato mentiente: Ubi de mendatio latè agitur, p. 41.

CAP. X. De Advocato prævaricatore, & collusore, de pœnis istius criminis horrendi, p. 45.

CAP. XI. Utrum Advocatus peccat, si injustam causam defendat? Ubi de ignorantia, & quando excusetur. Ubi etiam de avaritia Advocatorum, p. 51.

CAP. XII. An Advocatus, qui firmiter statuit defende-

re apud se quamcumque causam injustam, ubicumque illam invenerit, si postmodum, adhibita sufficienti diligentia, putans se defendere causam justam, defendit injustam, teneatur hoc casu de injustitia, & obligetur ad restitutionem? p. 55.

+ CAP. XIII. Utrum Advocatus debeat esse verbosus? De longis allegationibus hic agitur, & qualiter coerceri debeat hac licentia, traditur, p. 58.

CAP. XIV. Utrum Advocatus teneatur in foro conscientie prestare patrocinium pauperum causis? Quando hoc verum, sit affirmative resolvitur. Tractatur late, & summa distinctione presens materia. Postremo pietas, & misericordia erga pauperes Advocatis commendatur; & quando Advocatus post susceptum officium excusetur ab advocando pro aliquo, panditur, p. 62.

CAP. XV. Utrum Advocato liceat pro suo patrocinio pecuniam, donumve accipere? Probatum Advocatum consequi salarium ex nudo pacto, & adhuc sine promissione. Noster Advocatus, ex domo exiens ratione cause, debet habere sumptus à cliente, & pro vectura. Quis primus pro patrocinando pecuniam acciperet, declaratur, p. 69.

CAP. XVI. De salariis Advocatorum, & an finita lite, possit eis fieri donatio remuneratoria. De quota litis, & ejus prohibitione. An ultra summam à lege taxatam possumus accipere? Quo tandem tempore salarium, sive honorarium solvendum sit? p. 73.

CAP. XVII. De bibliotheca Advocatorum, & quales iisdem libri sint precisi? Utrum conveniens sit bibliothecam habere ingentem, ubi de libris prohibitis plurima traduntur. Et de origine bibliothecarum, p. 81.

CAP. XVIII. Quis sit querendus, Advocatus antiquus, an juvenis? Aliter. Melior anni umbra senis annis, & experientia versati? p. 87.

CAP. XIX. De precedentis Advocatorum, p. 293.

CAP. XX. De Advocato famoso à parte petito; & casu à Lusitana lege figurato. De doctrina, qua fulgere debent Advocati. Agitur de Doctorellis, &c. p. 97.

CAP.

- CAP. XXI. *Panditur aestimatio Advocatis debita. Resolvitur ex lege, & jure sedem in audientiis habere. Tractatur de injuriis Judicum contra illos verbis procedentium: Manifestatur acerbitas injuria, p. 101.*
- CAP. XXII. *De Advocato erga Judicem, & qualis se habere debeat debita reverentia. Ubi specialiter de Judicis dignitate; qua posita, illa deducitur reverentia, p. 105.*
- CAP. XXIII. *De laudibus Domus Supplicationis agitur. De dignitate Rectoris justitiae, de Senatorum authoritate tractatur; & summa ab Advocatis debita reverentia erga tales dominos, resolvitur domum Supplicationis esse maius justitiae tribunal in his Regnis; quod omne quidem conducit ad summum respectum, & venerationem non tam Advocatorum, quam universalem, p. 109.*
- CAP. XXIV. *Utrum scribae debeant ab Advocatis magnifice tractari. An debeant adire nostros penates, quando petimus testes? p. 113.*
- CAP. XXV. *Quomodo tractari debeant, & excipi ab Advocatis scribarum famuli, ubi de patientia patronis necessaria, p. 115.*
- CAP. XXVI. *De vestibus Advocatorum, eorum toga, annullo, & de honestate debita. Ubi de corporum, faciei-que gravi venustate, p. 118.*
- CAP. XXVII. *Utrum faemina possit esse Advocata? Quare de jure specialiter prohibetur? Utrum possit consulere in Camera, & privatim? Utrum ejus consilium absolute, aut in materia juris spernendum? An Advocati debeant consulere indoctos? p. 127.*
- CAP. XXVIII. *Quisnam sit praestantior: Medicus, an Advocatus? Ubi de utriusque nobilitate, p. 133.*
- CAP. XIX. *An nostri Advocati debeant appetere esse Judices? Ubi miris doctrinis docetur, quomodo cathedra, & Magistratus querendi, sive ab Advocatis, seu ab aliis: De periculis Judicum obiter tractatur, p. 137.*
- CAP. XXX. *Utrum privilegia Doctorum competant Advocatis? Utrum Doctoribus actu legentibus equiparemur?*

- mur? De Collegiis Academia Collimbricensis, & reverentia debita unis, ac alteris dominis de illis, p. 142.*
- CAP. XXXI.** *Utrum Advocatus possit facere substitutionem militarem filiis suis impuberibus? Refertur affirmativa opinio; & contraria tutior censetur, p. 146.*
- CAP. XXXII.** *De variis exemptionibus, & nostrorum Advocatorum privilegiis, p. 147.*
- CAP. XXXIII.** *Utrum Advocatus militi praeferatur. De armis, & literis disputatio, p. 148.*
- CAP. XXXIV.** *Utrum Advocatus in causa, quam defendendam suscepit, possit esse testis? Late agitur de hac materia cum omnibus suis casibus, p. 153.*
- CAP. XXXV.** *Utrum Advocatus sit officialis justitiae? Non potest Advocatus cogi, ut extra Curiam litiget; nec huic rei renunciare: Advocato facta injuria, & ratione officii atrox est, p. 156.*
- CAP. XXXVI.** *Utrum qui fuerat Advocatus in causa, possit postea esse Judex? De assalariato ad omnes causas Titii, utrum in aliqua possit esse Judex, si consilium non praebeuit? Utrum de partium consensu? p. 157.*
- CAP. XXXVII.** *An Advocatus contrarium sentiens, possit se subscribere tuta conscientia opinioni aliorum? Explicatur prius opinio, & de opinionibus late agitur, p. 162.*
- CAP. XXXVIII.** *Utrum in propriis suis causis debeat audiri pro se noster Advocatus, vel potius alius in illis patronus eligendus? Agitur de utilitate consilii, quod ab aliis generaliter requirere debet bonus Advocatus, p. 169.*
- CAP. XXXIX.** *Agitur de eo, quod dicunt DD. Advocatorum nempe filios esse ex maiori parte fatuos, & inertes. Utrum verum sit? Ubi obiter de educatione filiorum, p. 171.*
- CAP. XL.** *An Advocatorum prerogativa ascendant ad ipsorum patres? An descendant ad filios? Utrum Advocatus possit advocare contra patrem, aut matrem? An si contra patriam? Quid si pater, & patria simul concurrant eadem causa ex adversis motivis? p. 173.*



CAP. XLI. *Utrum prerogative, quibus fruuntur nostri Advocati, transeant ad eorum uxores? Utrum possint ista vocari Domna? Et an vidua conservent nobilitatem? Exponitur, & intelligitur Ordinatio Regia libr. 5. tit. 92. & agitur de origine verbi Dom. p. 177.*

CAP. XLII. *Utrum pro debitis Advocatorum possit fieri in istorum libris pignoriatio? p. 180.*

CAP. XLIII. *An mortuo Advocato debeat salarium anni, vel litis, p. 183.*

CAP. XLIV. *De preferentia Advocatorum in iis rebus quae eorum opera sunt custoditae. Notabis tamen me in hoc loco non intendere limitare Ord. lib. 3. n. 91. sed referre tantum opiniones DD. p. 185.*

CAP. XLV. *De periculis Advocatorum, p. 186.*

CAP. XLVI. *Utrum Advocatus pro civili debito sit incarcerandus, p. 190.*

CAP. XLVII. *Utrum Advocatus possit renunciare praedicto privilegio, quo fruitur ne in carcerem detrudatur. Quid, si juramentum interveniat, p. 194.*

CAP. XLVIII. *Utrum Advocatus possit expellere Fabrum, studium, & laborem suum impediens? Utrum in hac lite procedi possit tempore feriarum? Et an detur appellatio hoc in casu, p. 197.*

CAP. XLIX. *Utrum Advocatus possit recusari? Agitur de Christianis novis obiter tractatur de exclusionem ipsorum respectu dignitatum. Agitur de Advocato inimico, p. 203.*

CAP. L. *Utrum Advocati torqueri possint, aut DD. p. 210.*

+ CAP. LI. *Utrum Advocatus debeat esse Philosophus? Aliter. Utrum Philosophia, aut saltem illius pars Logica sit praecisa ad jus acquirendum, p. 215.*

+ CAP. LII. *Utrum conveniens sit Advocatum esse Poetam? Et an possit allegare Poetarum dicta, & sententias? p. 219.*

+ CAP. LIII. *Utrum Advocatus debeat esse historicus? Ubi de historiarum utilitate, & libris agitur; atque eorum in jure fide. Quas tandem noster Advocatus possit allegare, & an probent? Declaratur, p. 224.*

CAP. XLII. Utinam perrogatorum & quibus fructibus non  
 Advocatus transcat ad eorum exores? Utinam possit  
 de eorum bonis & in rebus conferat redditibus  
 Exponitur. Et intelligitur Ordine Regis lib. 2. tit.  
 2. Et utrum de origine archi. Dom. p. 177. *utinam*  
 CAP. XLIII. Utinam pro debitis Advocatorum possit fieri  
 in eorum libris pignorat? p. 180. *utinam*  
 CAP. XLIV. An mortuus Advocatus habeatur solutus  
 omni, vel hinc, p. 183. *utinam*  
 CAP. XLV. De prerogativa Advocatorum in rebus  
 quibus eorum opera sunt custodita. Interdum tamen non in  
 hoc loco non intendit limitare Ord. lib. 3. c. 21. sed re-  
 ferre tantum epistolam DD. p. 185. *utinam*  
 CAP. XLVI. De parulis Advocatorum. p. 186. *non*  
 CAP. XLVII. Utinam Advocatus pro rebus debitis sit in-  
 carcerandus. p. 190. *utinam*  
 CAP. XLVIII. Utinam Advocatus possit renuntiare pre-  
 iudicio privilegio, quo fruuntur non in carcere detentum.  
 CAP. XLIX. Utinam Advocatus possit expellere. Fa-  
 ctum, iudicium & laborem suum impediantur Utinam  
 in hoc sit procedi possit tempore sermone? Et an deum  
 appellatio hoc in casu. p. 197. *utinam*  
 CAP. L. Utinam Advocatus possit recitari? Agitur  
 de Christianis necis editis tractatibus de excommunicatione  
 expressis dignitatem. Agitur de Advocato iurista. p. 203.  
 CAP. LI. Utinam Advocatus torqueri possit. Ord. p. 210.  
 CAP. LII. Utinam Advocatus debeat esse Philosophus?  
 Utinam Philosophus, aut saltem istius pars logica  
 sit practica ad ius? acquirendum. p. 215. *utinam*  
 CAP. LIII. Utinam conveniat sit Advocatum esse Poc-  
 tam? Et an possit allegare Pectorem dicta. Et senten-  
 tiam. p. 219. *utinam*  
 CAP. LIV. Utinam Advocatus habeat esse historicus?  
 Ubi de historiis militat. Et libris agitur: atque  
 eorum in iure sit. Quis tandem vocat Advocatus pos-  
 sit allegare? Et an propter? Declaratur. p. 224.

IN

ssss

CAP.

# INDEX

## DECISIONUM,

QUÆ IN SECUNDA PARTE CONTINENTUR.

**D**ECISIO I. Late agitur de alienatione rerum Ecclesie. De Constitutione Urbani VIII. super his alienationibus sermo est; & de omnibus in materia copiose videbis, ac de assensu Pontificis presumendo, p. 233.

DECIS. II. Ex facto narrato illico, & in principio, illius materiam, & decisionis substantiam collige. Aliter: Qualis actio, & an aliqua mihi competat, quando meus procurator rem vendidit meam, quin hoc exprimeret in actu venditionis? An in tertium, p. 240.

DECIS. III. Ex Summario colliges, p. 244.

DECIS. IV. Quando articuli in libello positi deleri possint, hic declaratur. Num. 4. Summario non egent, p. 246.

DECIS. V. Utrum post conclusionem in causa possit reus cogi ad deponendum? Et notabis casum decisionis. Ipsa enim pars, quæ petiuit positionem, renuntiaverat dilationi, p. 247.

DECIS. VI. De censu consignativo, & hypotheca, ac ipsius oneris fortitudine; quæ nullatenus confunditur, p. 248.

DECIS. VII. Quomodo mutus possit adire hereditatem, & debeat, hic explicatur; & etiam regula: Filius: ergo hæres, p. 250.

DECIS. VIII. Utrum jus de futuro disputari possit? p. 253.

DECIS. IX. De furto animalis in atrio: Utrum Dominus atrii, seu vestibuli teneatur ad estimationem solvendam, supposito, quod ex ejus consensu animalia introducebantur? p. 256.

DECIS. X. Liquet ejus materia, p. 258.

DECIS. XI. Utrum facultas nominandi data primis vocatis extendatur ad successores sequentes, sive ulteriores? Aliter. Utrum sit realis, vel personalis? p. 259.

DE-

DECIS. XII. (*Seu maris arestum*) p. 263.

DECISIO. De gratiâ concessâ ad appellandum, elapso termino; & de impedimentis oppositis obreptionis, & subreptionis. Utrum talis gratia tertio afferat præjudicium? p. 265.

CONSULTAT. I. Utrum pater removeri possit ab administratione maioratus propter dilapidationem? An hoc casu ex redditibus in vitâ ipsius patris a filio perceptis teneatur parentis creditoribus satisfacere, p. 268.

CONSULTAT. II. Ad intelligentiam Ord. in 3 tit. 45. in casu figurato, p. 270.

CONSULTAT. III. Explicantur conditiones, & modi necessario implendi, ut acquirantur legata, & multa utilia traduntur, p. 272.

CONSULTAT. IV. Qualiter injuria puniendæ, hic declaratur, p. 276.

CONSULTAT. V. Filius debet assistere in domo parentis sui, & in illâ percipere alimenta: Qualiter taxanda? Vide, p. 278.

CONSULTAT. VI. Aliter: Excusationes pro reis hic habes in materia criminali simili occurrente: Probatur incidenter mercaturam non maculare nobilitatem, p. 280.

CONSULTAT. VII. Qui injustè, & temere non litigavit, decimam nullatenus debet, licet victus sit; & manifestè hac consultatione ostenditur. Hæc tamen restrictio sequenda non est, donec veniat declaratio in his Regnis, p. 284.

CONSULTAT. VIII. Protomedicus non potest factò Summario procedere ad mandatum capture contra illos, qui cum Medici non sint, se arti medicine immiscunt: Hæc potestas non deducitur ex regimine: Medici facere possunt medicamenta, & illa inventare; quin contra illos procedi possit, quamvis vendant, ut pharmacopola, p. 288.

CONSULTAT. IX. In factò sequenti n. I. materiam habes, immo & decisionem in hac consultatione invenies, p. 289.

PER-



# PERFECTUS ADVOCATUS.

## PARS PRIMA.

*Qua perfecta virum faciant documenta Patronum*

*Perfectum, parvo promitur ecce libro!*

*Perlege: Lectori non hic spernenda dabuntur:*

*Si capias, nostro munere tutus eris.*

*Nec quia tardus ego, certum est contemnere libros;*

*Namque minor magnos saepe docere potest.*

*Non tamen ut doceam, scripsi, didicisse fatemur;*

*Atque iterum veniam poscimus, & calamum.*

### CAPUT I.

*De antiquitate, & usu Advocandi.*

*Advocatorum nobilitate, & privilegiis in communi.*



Advocatorum laudabile officium est adeo antiquum, & generale, ut apud omnes gentes omni ævo fuerit colendissimum; necessitas, quia generis humani necessario hoc munus postulat; si etenim non essent Advocati, multi perirent, vel calamitatibus, & indigentiae ultimæ expositi, vel ultimo fato sine defensione affecti. Neque solum plurimis temporalibus bonis, sed etiam honoribus privati mortales vitam multoties degerent. At Advocatorum auxilio,

atque Oratore clamante jus suum unicuique redditur, & quod suum est, quisque capit. Tanta illorum est necessitas! Quo circa ad illos scientiâ juris insignes, atque famosos, & morum integritate pollentes recurrendum est.

Quadruplici ratione est hoc officium summopere commendandum; primò quia licitè exerceri potest, ut ex *l. 1. ff. de postul.*; integrumque est hominibus suum vendere rectum, ac justum patrocinium, ex *tx. in cap. non licet. II. q. 3.*; & in *cap. fin. 14. q. 5.* Et hoc confirmatur exemplo Christi Domini nostri, qui saepe saepius in hac vitâ munus obivit advocacionis, ut pro Mariâ Magdalena contra Sororem suam Martham, ex *Luc. 10. in fin. ibi: Martha sollicita es, & turbaris erga plurima: Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab*

ea; ubi D. Augustinus verè Aquila ingeniorum sic ait: *Sic Dominus pro Maria respondit Marthe, & factus est ejus Advocatus.* Rursus dixit Discipulis suis contra Magdalenam loquentibus: *Quid molesti estis huic mulieri? bonum opus operata est in me. Nam pauperes semper habetis vobiscum, me autem non semper habebitis,* ut patet ex Joann. 12. Matth. 26. & Marci 14. Etiam in domo Simonis leprosi sic est locutus: *Cui multum remittitur, multum obligat.* Sanctissima etiam Deipara munus advocacionis in Dei Tribunali pro humano genere gerit, ut Ecclesia agnoscit; & hoc erat sufficiens dixisse pro nobilitate, & ministerio Advocatorum. Eia ergo, Advocata nostra, accipe tua munera, Advocatoque succure scribenti, & utinam sit ad maiorem Filii gloriam!

3

Multos Divos, & beatos hoc munere in vita functos fuisse aperte constat, inter quos Divus Ambrosius, Ecclesie Latinæ Doctor, principaliter numeratur; quippe qui per undecim annos in urbe Roma causas summa cum laude peroravit, teste *Eragos. de regim. Reip. p. 1. lib. 5. d. 13. num. 235. Ben. de privileg. I. C. priv. 71. n. 6.* De Divo Ivone, seu Iphone nemo est, qui dubitet, ut tradit insignis *Fontanel. de pact. nupt. tom. 1. claus. 3. glos. 2. n. 20.* Fuerunt etiam Advocati Germanus, & Lipardus Divi Leonardi fratres, qui gloriosè in numerum sanctorum fuerunt relati; ut refert *Ben. ubi superius.* Divus similiter Raymundus à Pennafort; quem Clemens 8. in sanctorum numerum retulit, fuit Advocatus; quia propter Cathalani orbe celebres Oratores eum suum Mecænatem optimum eligere, & post compositam maximam lampadem valoris quingentarum libra-

rum, quæ quotidie suo cænobio ardet, lacrum eidem singulis annis magna cum festivitate celebrare decreverunt, non secus atque Toletani Advocati, de quibus scribit *Lara de ann. vers. lib. 1. cap. 11. n. 87.* quotannis celebrant Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, singulis cum affectu, & devotione ipsum sumentibus. Nostri Lusitani Advocati per totum terrarum Orbem famosi hac clarissima, & amplissima Ulyssipponis Civitate *Spiritum Paraclitum* quotannis celebrare sumptuosè volvere Templo sancti Dominici, & summa cum ratione, feliciterque tantum Patronum amplexi sunt devotissimè; Spiritus enim dabit quid loquantur, & ipsius gratia illuminabit intellectum, & dabit scientiæ donum, & rerum cognitionem ad maturè operandum, prudenter scribendum, modeste arguendum, & comite veritate loquendum. Advocati munere potitus est pariformiter Sanctus Andreas Avellinus vocatus antea Lancelotus. Hic cum apud Judicem Reum quemdam nobilissimum defenderet, leviter, & venialiter mentitus est, sive protulit mendacium complimentosum, seu, ut ajunt, politicum. Hujus rei illicò memor, & considerans in se mendacium, mundum relinquere decrevit, & consequenter advocacionis munus, sicut alter Jonas amans veritatis. O exemplum admirabile! O hominis grande decus! O Advocati honos? Fugite, Advocati, à mendaciis, & à linguis nervosis, veritatem amate, diligite Sermonem Christi *est est, non non.* Ast Avellinus leviter mentiens, veluti graviter peccaret, penitentiam egit, vos verò multi quotidie graviter, & millies mentientes, immortalitatis famæ, atque animæ oblii gaudetis, semper parati ad loquendum turpiter, & vane,

vane, ducente pecunia.

*Quid non mortalia pectora cogis  
Auri sacra fames?*

4 Fuit etiam Advocatus Sanctus Philogonius Antiochiæ Episcopus, & fatali omine contra Arrium fuit Domini nutu ex causidico accersitus ad regendam Ecclesiam, qua primò sedit Apostolorum Princeps. Advocati etiam munus obivit Theophylus Christi Martyr, cujus mentio fit in Martyrologio Romano sexta Februarii die, ubi Scholasticus nuncupatur, quo nomine utebantur litium declamatores, ut ibi *in annotat. ad Martyrologium* tradit ex Tacito Cardinalis Cæsar Baronius. Advocatus etiam fuerat D. Hieronymus maximus Ecclesiæ Doctor, & mei nominis grande decus, quem reverenter, summaque devotione colo. Et si actualiter non fuit, saltem mentaliter destinabat, seque litium palæstra exercebat, ut de se testatur in comment. Epistol. ad Galat. cap. 2. ibi. *Aliquoties cum adolescentulus Romæ controversias declamarem, & ad vera certamina fictis in litibus exercebam, currebam ad Tribunalia Judicium.*

5 Ex nostris Lusitanis semper fuisse Advocati viri famosi, Christophorus enim Esteves post advocatio- nis munus ob suum acre ingenium meruit assumi ad Cancellarium Domus Supplicationis: Bernardinus, & Matthæus Esteves, ambo fratres, fuerunt Senatores Palatini, postquam advocatio- nis munus per multos annos exercuere. Similiter Gaspar de Carvalho advocatus, fuit postea Cancellarius maximus, & Gaspar Gomes de Lemos, Judex processuum regie Coronæ. Antonius Diniz judex patrimonii Regii, & aliis honoribus insigniti plurimi alii, quos numerat *Costa in domo supplicationis, annotat. 17. de Advocatis n. 8.* & proximis temporibus fuit etiam Senator Palatinus

Emmanuel Lopes de Oliveira vir eruditissimus, atque magni Gamæ imitator, qui primò per plurimos annos fuit advocatus, sicut etiam fuit celeberrimus Alvarus Valascus, primò juris vastissimus interpres. Et paucis ab hinc annis Caietanus Albertus de Ossuna Christi militiæ eques, Advocatus Consistorialis, vir famosus, atque scientiæ pelagus, fuit translatus ad Brasiliæ Senatum pulcherrimum. Neque possunt numerari omnes; longo enim volumine opus esset. Numeret Stellas, qui possit: Sanctum autem Advocatum Lusitanum, & quem colat Ecclesia, Divorum fastis non invenio.

Advocati primi nominis, qui hodie fulgent Lusitani, sunt primò DD. Dominicus de Sa, e Sylva, Advocatus Curialis, de quo est facta mentio hoc sæpe libro. Josephus Correa Barreto numquam satis laudatus: Franciscus da Motta, e Veiga, de quo dicam. Josephus Gomes da Cruz verè Tullius Lusitanus, atque alter elegantia Demosthenes. Josephus Morenus Bravo Juvenis magnæ spei, legum peritissimus, & Latini Sermonis disertissimus. Emmanuel de Lemos Mefsa integerrimus Heros, atque veritatis thesaurus, Pater Noutelii Catelæ, qui post cursum Collimbriæ peractum, & Leges exhaustas, publico amicorum dolore mortuus est, ne uno avulso foret alter, & simili frondesceret virga metallo. Discessit etiam à nobis Franciscus Trigueiro de Goes omni scientia verisatus, ac causidicus egregius; atque supra omnes notissimus Franciscus Millis, vere Advocatorum Dux; & solo cognomine æternum famosus, sicuti etiam non pepercit Libitina Emmanueli Lucæ da Sylva Advocato celeberrimo Domus Supplicationis, atque alteri Farinacio consiliis, &

rei criminalis peritia. Deus velit, quod in cælo per sæcula morentur solum sic disertis, & felices! Alios prætermitto, ne videar fastidiosus, multi enim sunt tam in his urbibus, quam extra; & per discursum operis etiam multos laudabimus.

7 Plura de Cathalonix Advocatis, & eorum piis operibus recenset supra doctissimus Advocatus Fontanella; quæ etiam, & similia de nostris Lusitanis, ne dicam maiora, affirmari possent antiquis. Sed si hoc libro omnia traderem, sarcina quidem magna foret; neque convenit laudare multos ante mortem; & nescire debet dextera, quid faciat sinistra. Vivat tamen Antonius da Costa, e Sylva, pauperum amans, & Curix Lusitanæ celeber Advocatus, licet jam ab urbe discederet. Vivant fama nostri Barbozæ, & Phæbi, atque Ægidii.

8 Francia habet Advocatos peritissimos, quos illa Gens sane disertissima reverenter colit, atque amat. Teutones etiam integerrimis fruuntur Advocatis, quos ad summos evehunt honores; sicut etiam Polonix Gentes, & tota Italia, bonique Etrusci. Nec vos silebo Iberi Præclarissimi, Gens maxima literis, & armis, Principibus facunda piis. Quid præteream Imperatorum laudes? Et quod magis est, quid taceam Pontifices supremos pluribus encomiis nostram scientiam profitentes? Qui multa velit, legat *Gibral. tract. de ratione studendi c. 21.* ubi de laudibus Juris consultorum feliciter egit. Addatur inter in illis supra, sapientissimus Caldas vir nobilissimus, à quo cum origine magnam sapientiæ, ac veram accepit hæreditatem, & nominis æternam DD. Ferdinandus Josephus de Castro, e Caldas Colimbriæ legum interpret, ac ad maiora certe evehendus; vir hoc

sæculo celeberrimus, in quo morum integritas, & benevolentia relucet, ac summa nobilitas Generis, quam a Progenitoribus claram accepimus, & Lusitanis colendissimam, sive Castri disputent, seu bella gerant, nulli secundi.

De nobilitate etiam, & necessitate Advocatorum locutus est *Senator Cabed. 1. p. d. 214. fundatus in l. laudabil. Cod. de advocat. divers. jud. lib. Advocat. Cod. eod. tit. est Ord. Reg. lib. 1. tit. 38. in princip. & tradit Afflict. in const. Neap. rubr. 8. Avil. prætor. cap. 36. us. Abojados, n. 1. Suar. in prax. annot. 4. & 5.*

10 Quod Romani præcipue, & totus terrarum Orbis coleret semper, & ubique Advocatos, tradit doctissimus *Bovadill. in sua Polit. lib. 3. cap. 14. n. 60.* & quod Prætores debent illos modeste honorare, & amare; quod nostro tempore vidi ego, & doctissimorum Senatorum suffragia, quibus Advocatos sæpe sæpius ad sydera extollunt, & vocant peritos, aureos, disertos, & facundos. In audientiis etiam publicis benigne recipiuntur, licet hac tempestate ob multorum imperitiam, & numerum quasi catogorematicum, ac (doleo dicendo) pessimos mores, plurimum boni amittant: qua propter ire ad audientias aliqui recusant non sine partium manifesto præjudicio, ex quo etiam resultat defectus auctoritatis in illis audientiis, antiquitus enim maioris nominis Advocati audientias frequentabant, sicut usque ad mortis tempus fecit Emmanuel Lucas da Sylva eximii nominis vir; & sufficit quod ita præcipiat nostra *Ord. lib. 1. tit. 1. §. 32.*

Jam olim *Amian. Marcellin. lib. 11. 30.* quem refert ubi supra *Bovadill.* facundiam Advocatorum, ac necessitatem ipsorum est admiratus;



tus; & tradit quomodo antiquitus illis florebat Tribunalia. Cicero eloquentissimus fuit Advocatus, ut ex ejus scriptis notissimis patet. Silius Italicus, ut refertur in ejus vita, munus exercuit advocatio- nis, & insimul fuit Poeta famo- sus, qui Annibalis superbos faus- tus, & Romanam potentiam des- cripsit eleganti carmine, ac ope- re, quod incipit.

*Ordior arma, quibus cælo se glo-  
ria tollit*

*Æneadum, patiturque ferox  
Ænotria jura*

*Carthago.*

Cornelius etiam Tacitus, qui An- naliū, & Historiarum libros ele- gantissime scripsit inter Advocatos numeratur. Pariformiter Papinia- nus, qui licet paganus, & a fide Christi alienus, veritatis amans no- luit excusare, & defendere homi- cidam Imperatorem Caracallam, qui necavit Getam. Hodie tamen Chris- tiani Advocati indistincte omnes defendunt; & graviora delicta pu- blice, & ex animo perpetrata, in quibus nulla cadit excusatio; sed sunt tales orationes sine anima, & verba impropria, puerilisque locu- tio. Nerva etiam filius tantam of- tendit ingenii aciem ætate juvenili, ut annorum septemdecim publice de jure responderit Advocatus: ita *Panciroli in suo thesaur. lib. 2. cap. 18.*

12 Neque dicere recuso ipsos etiam Quæstores, & Dynastas Romanos adeo amasse Advocatos, ac Juris- prudentiam, ut ipsi sæpe sapius publice orassent, immo nihil aliud importat Advocati officium, quàm orare, & defendere bonos mores, & actiones; quod multoties faciunt, etiam liberando ab infamiis defunctorum memoriam, & ita ego quodam processu, Scri- ba Augustino Soares Ribeiro, pro cujusdam Ducis Bernardi Ramires

Elquivel moribus, & nomine viri- liter pugnavi, quod ostulcare in- tendebat quidam nobilis hujus Ci- vilitatis; & ablata sunt quædam verba Sententiæ datæ, & reforma- tum judicium, positaque de novo declaratio, quæ non solum sepul- to pepercit, sed cognovit ejus indolem, & magnificentiam a cri- mine imposito alienam, & inter Judices fuerunt etiam Præclarissi- mi DD. Joannes Alvares da Cos- ta, & Benedictus Coelho Magister verè aureus, ac æternum nostræ Collimbriæ desiderium. Quòd verò Quæstores orassent, nemo est, qui dubitet, si Historiis vacet; neque quòd de jure responderint ad cau- sarum decisionem, dempto præmio ab eorum personis alieno, de quo non dubito; cum non indigerent.

Et quid aliud est esse Promotor, nisi etiam Advocatus? Iste etenim pugnat multoties asserendo Rempu- blicam fuisse offensam, & delicta punienda ob bonum publicum, quod est finis etiam Promotoris. Promotores autem Judices amplif- simos quis non novit! Nonne est eadem scientia Advocatorum, & Judicum? iidem utrisque Magistri, libri, & decisiones? Procuratores Regii quid sunt, nisi Advocati? Fateor discrimen, munus enim exercent pro Rege, & habent no- toriam prælationem, adhuc præ- cindendo ab eorum amplissima, & concomitante dignitate. Sed nos etiam pro pauperibus aliquando, dum pro ipsis, pro Christo pugna- mus; quodcumque enim uni ex istis minimis facimus, humanitati Domini Christi æqualiter facimus, ipso teste, & Doctore.

Secunda ratio ad laudandum nostrum clarissimum munus desu- mitur ex ponderatâ necessitate Ad- vocatorum, & utilitate, quæ prop- ter illos Reipublicæ redundat; ad quod facit in specie terminantissi- mus

mus *tx. in l. laudab. Cod. advocat. div. jud.* quem supra allegavimus, & hic dicitur laudabile, vitæque hominum necessarium; eo quod verum a falsis, & justum ab injusto separant Jurisconsulti, fortissimasque, ac acres præsumptiones virtute juris eruunt, quibus Judicibus suadent innocentiam defendere, & reprimere injustitias, ad quod conducunt verba Danielis *cap. 12. Qui docti fuerint, fulgebunt quasi stellæ firmamenti, & qui ad justitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

15 At verò illa utilitas memorata sumpta divisim tertiam constituit rationem; non enim minus Reipublicæ serviunt Advocati, quàm milites; sicut enim isti gladio, & igne Rempublicam armati defendunt, ita similiter nos, dum laborantium vitam, bona, & honorem conservamus viriliter; quapropter milites sumus: optimè *Bovadil. in Polit. lib. 3. cap. 14. n. 61. Fragos. de regim. Reipubl. p. 1. lib. 5. disp. 13. n. 236.*

16 Quarta ratio deducitur ex meritis advocationis, quapropter est valde meritorium, si rectè, justeque impenditur; inter enim eleemosinas spirituales numeratur dare consilium petentibus, & necessitatem habentibus, consolari afflictos, juvare tristes, & carentes auxilio erigere: *l. unic. in fin. cod. de his, qui ante apertas tabul. ex quibus omnibus multum apud Deum mereri bonos Advocatos, dixit Cabed. p. 1. d. d. 214. Fragos. ubi supra.*

17 Antiquitas Advocatorum est ipsa cum antiquitate togæ, ex quo enim tempore sunt creati Magistratus, fuere Oratores pro clientibus, & certus numerus apud nationes admittebatur non sine magno delectu. Unde apud Augustalem Præfectum Alexandriæ, & Ducem Ægypticum

Leonis, & Anthemii tempore, Caesarum quinquaginta Advocati creabantur: *L. petri. 13. Cod. de advocat. divers. jud.* Apud Præfectum prætorii Illyrici centum quinquaginta constituti fuere: *l. fin. Cod. eod. tit.* Alibi verò decem constituuntur, ut Romæ a Summis Pontificibus, qui in sacro Senatu, seu Consistorio defendunt, ut observat *Vestr. in prax. Roman. Cur. lib. 2. cap. 18.* & hi Consistoriales dicuntur, creanturque rigoroso prævio examine; *Crescent. d. num. 7. tit. de præb.*

Neque contra supradicta vim faciunt plurima, quæ in Advocatos, & Jurisperitos dici solent; primò enim leges adeo debiles vocant, ut plerumque solum ligent pauperes, non autem divites, & potentes, qui per præmia, & subornationes indignas levamen consequuntur, & acerrime ab Advocatis quandoque defenduntur. Unde eruditus Anacharsis comparavit Leges telæ Arachnes, quam maiora, & fortiora rumpunt animalia, non autem minima, ut muscæ, & culex. Juristæ etiam, & Advocati interpretantur quotidie leges secundum propriam, & partium utilitatem, præcipue si obscuræ sunt; donec ad intentum per mille ambages adaptantur, ducente avaritia, quæ est turpissima interpretis, si Advocati sunt perditæ, & mali,

*Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.*

19 Æneas Sylvius postea in Romano Pontificatu vocatus Pius secundus, vocavit aves litigantes miseros, audientias appellavit segetes, Judices retia, me vero malum Advocatum venatorem. Propter istos venatores olim Petrus primus Lusitaniæ Rex, justitia acerrimus expulsaivit a regno Advocatos, ut refertur in ejus vita, & ut certissimum traditur. Plurima contra Advo-

Advocatos tradidere *Zaf. in l. 2. §. post hos quoque Tub. ff. de orig. jur. verbo nec obtinuit n. 54. & refert Didacus Peres in l. 2. tit. 4. col. 947. lib. 3. Avel. in cap. 36. Prætor. Glos. Abogados, Garc. de nobilit. glos. 35. n. 28.* ideo Plato vocavit eos canes, & crudeliores corvis. Ast ego signo differentiam; quia corvi clamant *cras*, Advocati verò *hodie*, & illico pro pecunia. Non sic clarissimus Plinius, qui *lib. 5. epist. 14. ad Valerian.* scribit se in causis agendis à præmio, & muneribus fuisse immunem. Supradicta tamen de malis Advocatis intelligenda sunt, non de bonis, & integris; unaquæque enim facultas habet bonos, & malos. Neque Advocatos e Lusitania, ut supra dixi, ejectos tempore Petri primi plurimi credunt, sed de Rabulis intelligunt.

20 Ægyptiorum Gentes aliquando non sunt usæ Advocatis, ut scribit *Diodorus Siculus*, quem citat *Bovadi. in Polit. lib. 3. cap. 14. num. 70.* sed Actores, & Rei in scriptis se defendebant; & discurrebant ad rem. Sed Siculo in hoc non credo, quid enim vetat ipsas partes primò petere ab Advocatis consilium, & allegationes in scriptis; præcipue cum multi scribere ignorassent? Et quis defendebat rusticos, mulieres prægnantes, mutos, & surdos? Quis ægrotos? Hæc omnia sine Advocatis stare non possunt. Sed si credamus *Fratri Marco de Lisboa, Hist. 2. p. 1. 1. cap. 33.* Tartariæ Imperator Advocatos recusat, & si ita est, solida cum ratione; quia cum illæ gentes sint fere sine lege, & Reges eorum ad libitum judicantes utpote Tyranni acerrimi, ad quid Advocati veritatis linguæ?

21 Advocati in Audientiis sedem habent, ut in omni nostrâ Lusitaniâ

videmus observatum, & hoc debetur eorum officio, & personis, & Consistoriales æquiparantur DD. actu legentibus: *Alex. in L. centur. num. 25. ff. de vulgar, & pupil. Bartol. in l. in metallum num. 1. ff. de pæn. Paris de Put. de Syndic. verb. Doctor, & verb. an Doctor a fol. 117. Grat. 1. tom. discep. for. cap. 186. num. 3. §. 4.*

In Domo Supplicationis sunt 22 dumtaxat Quadraginta literis eruditi, & nullâ ex causâ cum tali numero præscripto potest dispensari, ex *Ord. lib. 1. tit. 48.* & quando aliquis locus vacat per obitum defuncti proprietarii, vel per aliud impedimentum, ut *in l. jubemus cod. de advocat divers. jud.* tunc Rector Senatûs ædictum jubet præfigi, ut certioventur qui velint esse Oppositores; & datur Litterarium certamen, quod diu expectamus, intra enim quinque annos, quos habeo Advocati, adhuc non vidi tale certamen, cum sint plurima loca ad providendum; & si aliqua sunt provisâ, non ut supra vidi praticari; sed pertendens, duobus arguentibus, post Lectionem, quam recitat, lectum obtinet, si optime legit, & defendit quæstionem. Et arguentes sæpe non sunt Consistoriales, & sic ego fui nominatus a Domino Rectore Justitiæ ad arguendum, quando legit Doctor Franciscus Fernandes Coelho, hodie Advocatus Curialis, & bene notus.

Isti Advocati matriculis inserti efficiuntur clarissimi, & primi ordinis perfruuntur dignitate: ex *text. notabil. in d. l. cod. de advocat. divers. judic. ubi Salycet.* & hoc etiam militat post depositum officium, quia tempore quietis fructum præteritorum laborum consequuntur; proque fide, atque industriâ erga homines comprobata à privatæ conditionis ordine segregan-

gregantur, & cum selectissimis connumerantur, teste *Barb. in l. 1. p. 7. num. 66. ff. solut. matrimon.* & principaliter si ita Princeps concedit quod post depositum officium, fruatur honoribus; quod non est necessarium præcise: immo jure communi Advocati appellantur Comites: *l. suggestionem cod. de Advoca. divers. judic. Grat. For. tom. 1. c. 184. n. 20. Xamar. de offic. Advocat. p. 2. q. 2. n. 18.* ubi plures citat.

24 Ipsi nostri Reges disertissimi adeo excellens reputarunt nostrum officium, ut Advocati sunt æquiparati Judicibus forensibus, Auditoribus, & Præsidibus Provinciarum per *Ord. reg. lib. 1. tit. 35. §. 2.* ita ut post quatuor annos in Domo Supplicationis, possint eligi in Senatores Domus Portugalsis, quod multis exemplis fuit diu firmatum, licet hac ætate non viderim, ex temporum injuriâ. Ordinatio tamen usque ad hæc tempora non fuit abrogata. Utinam semper observantiam haberet! O magna Reipublicæ utilitas!

25 Et ita sæpe sæpius judicatum fuit in Senatu, Advocatos esse de numero personarum majoris conditionis, neque comprehendi in pragmaticâ prohibitionis vestium sericarum, & aliis similibus; ita ut eis censeantur permessa omnia, quæ competunt viris majoris conditionis, habent enim privilegium Doctorum, quod est maius, & validius, quam Equitum nobilium, & ita fuit declaratum in favorem Advocati Gabrielis Ferdinandi, & testatur *Phæb. arest. 57. & facit. quod dixit Gregor. lop. in l. 3. tit. 19. part. 2. & glos. 8.* scientiam juris esse alium modum dignitatis equestris.

26 Qui plura legere cupiat, & scire de Advocatis, eorum antiquitate, & privilegiis, legat *Ma-*

*tieng. in Dialog. relat. 1. p. cap. 7. cum seqq. Barbos. in suis remission. ad Ord. lib. 1. tit. 48. Amat. Rodrig. de formâ videnâi process. c. 10. d. num. 9. Phæb. Lusit. d. 48. n. 12. Azeved. in L. 1. lib. 2. tit. 16. novæ recopilat;* & infinitos alios passim, sive Judices, seu Advocatos.

Judicatum etiam fuit in Senatu, quod 27 scribæ Curia teneantur ire ad domos Advocatorum, quando isti sunt testes nominati, & est stylus antiquissimus, & semper observatus, & hodie est in suâ viridi observantia, ita ut etiam practicetur indistinctè cum Advocatis, qui non sunt Curiales. Hoc tamen nescio, an ex familiaritate scribarum, & benevolentia, an ex præmio, quod dant Litigantes, ut inquirantur testes in suis domibus; pro itinere enim accipiunt stipendium; & ita vidi multos ignobiles, & nebulones in suis domibus jurare ex nobilitate pecuniæ. Videant Judices, me enim Judice, tali comitate non fruerentur, nisi nobiles, & Advocati, de quibus loquor, vel essent curiales, vel non; licet quod est judicatum in hac materia, de quâ *Phæb. arest. 56.* intelligam in rigoroso sensu de Advocatis Curialibus.

Notandum est ad supradicta, quod 28 tanti perpenditur Advocati munus apud Hispanos, ut Christophorus Bovad. postquam fuit Gubernator in plurimis insignibus Civitatibus, non se abstinuit in supremis Cõsiliis, & Tribunalibus à munere Advocati. Similiter ego nosco his urbibus Advocatos plurimos, qui prius fuerunt Judices, & Prætores sapientissimi, quos nec ideo pudet, aut pœnitet patrociniû gerere. Immo sunt alii, qui judicare abhorrent, & potius amant esse Oratores, quàm velint, aut appetant amplissimum Senatorium munus,

munus, & excelsam dignitatem, clientibus contenti, ac castis eorum muneribus, licitâque pecuniâ, cum Advocati officium etiam sit laudabilis dignitas, & Advocatus in Dignitate constitutus: *Costa in Dom. supplicat. annot. 17. num. 23.*

29 Sunt tamen aliqui celeberrimi viri, seu nobiles fere sine intellectu, qui nostrum officium lacerant, asserendo Advocatos esse ex maiori parte ignobiles, atque plerumque peditum filios; ideoque illos tam amplis suffragiis honorare recusant. Attamen certum est multos Advocatos illis nobilibus posse vendere, & dare nobilitatem generis, omni enim tempore florere Advocati atavis, proavisque illustribus, splendidissimisque Genitoribus, quos ego adhuc nosco hac tempestate esse, & nulli secundos; & si vellem memorare, longum hoc esset volumen, & præcisum esset Historiam contexere ab hoc opere alienam. Qui aliqua de hac re videre cupiat, legat doctissimum Fontanella; ubi supra eum allegavi, quâ parte disputat pro Advocatis contra nobiles, & generosos, & ait maiora, & multò plura esse privilegia nostrorum, quod etiam mihi facile esset ostendere.

30 Unum tamen nosco, scilicet nobilitatem veram consistere in eo, quòd quis sit bonus, & integer Advocatus. Quòd defendat justos, & justitiam habentes, causas autem frivolas despiciat. Sit modico contentus, honestus in vestibus, gravis consilio, maturus actionibus, comitate affabilis; aliquando verò severus: Leges amet, Ordinationes colat, Senatores veneretur, Judices diligat, ac suos comites benevolentiam excipiat, laudando eximios, parcendo ignavis, non autem superbis. Non sit in-

festus paupertati: indistinctè audiatur nobiles, & ignobiles, divites, & pauperes. Magna circumspectione loquatur; sermo enim prolatus est lapis emissus, & verbum volat irrevocabile. Plura, Deo favente, dicemus peculiariter infra, hæc pro primo capite generaliter sufficiant, interim noiscant omnes, veram nobilitatem, & gloriam consistere in propriis factis, & virtute, dicente claro Poeta.

*Nam genus, & Proavos, & quæ non fecimus ipsi,  
Vix ea nostra voco.*

Vivite ergo æternum, Advocati famosi, Imperatorum, & Regum Discipuli, linguæ veritatis, injuriarum defensores, paupertatis anchoræ, viduarum columen, superbiorum horror, Regni decus, Lusitanorum fama. Scribite disertis calamis, & vestram eloquentiam tradite chartis; neque enim ventis turbata folia volabunt, sed figentur æternitatis Templo.

Unum pro coronide moneo, Advocatos posse reprehendi a Judicibus modestè, sicuti Papinianus fuit reprehensus à Paulo, ut tradit *Puteus de Syndicat, cap. de excessib. Advocat. fol. 91. n. 14.* & est res indubitabilis: Judices verò debent audire Advocatos, & permittere, ut liberè loquantur, & sine metu, aut respectu tertii, ut olim docuit Ulpianus, & fuit consilium Hocratis.

Neque umquam Advocatus (moneo, atque iterum moneo) timeat loqui intra limites honestatis, neque exhorrescat potentes, aut bellatores viros. Loquatur acriter contra vitia, & crimina, quin desistat; si enim Reipublicæ amore hoc faciat, & in Dei honorem, populique pacem, quid minæ, quid strepitus, quid linguæ maledictæ superbiorum? Qui Deum habet adjutorem,

jutorem, homines non timet; im-  
mo si fractus illabatur Orbis, cre-  
do, impavidum ferient ruinæ. Quid  
dico, ferient, verebuntur inton-  
tem! Advocatus bonus, & in-  
teger vitæ, scelerisque purus, non  
eget Mauri jaculo, neque arcu.  
Ergo, Advocate, quid bellicosus  
Cantaber, & Scythes faciat, remit-  
tas quæ vere, nec trepides. Jus-  
tum, & tenacem Advocatum pro-  
positi, non civium ardor prava  
volentium, non vultus instantis  
Tyranni quatit, nec fulminantis  
alicujus insidiæ terrent: cælo si su-  
pinas tuleris manus, nascente so-  
le, non pestilentes senties viros,  
neque superbos alicujus faustus;  
sed Deo amicus, clientibusque fi-  
dus, omnibus terror eris, cunctis  
columen, & desiderium, Patriæ  
salus, Reipublicæ utilis, atque bo-  
nis artibus ornamentum.

## SUMMARIUM CAPITIS I.

- 1 *Advocatum officium laudabile est, antiquum, & apud omnes gentes generale: utilitas istius Muneris exponitur.*
- 2 *Licitè exerceri potest; integrumque est hominibus suum vendere patrocinium: Christus Dominus fuit Advocatus: Sanctissima Deipara pro hominibus advocat.*
- 3 *Plurimi Divi Advocati fuere, nempe Divus Ambrosius, Sanctus Ipho, Divi Germanus, & Lipardus, Divus Raymundus, Sanctus Andreas Avellinus: agitur de veritate nobis necessaria exemplo istius: Divus Andreas fuit alter Jonas veritatis: Cathalani Advocati Patronum habent D. Raymundum à Pennafort; Toletani Patroni quotannis celebrant Eucharistiam Sacram: Lusitani Advocati Patronum habent Spiritum*

*Sanctum, & in Templo D. Dominici magnam faciunt festivitatem etiam quotannis, Divinoque plaudunt amori: Laudatur Sermo Christi, mendacium Advocatorum improbat.*

- 4 *Sanctus Philogonius fuit Advocatus, & ex Causidico accersitus ad Episcopatum; quo sedit Apostolorum Princeps. Theophylus Martyr fuit Advocatus: D. Hieronymus Ecclesiæ maximum jubar, & Luminare mentaliter saltem destinabat esse Advocatus.*
- 5 *Lusitani Advocati famosi temporis præteriti aliqui memorantur, qui ad amplas convolarunt Dignitates.*
- 6 *Plures actualiter existentes in nostro munere, & primi nominis celebrantur; non tamen omnes.*
- 7 *Prosequitur materia in laudem Lusitanorum: celebrantur etiam Barbosa, Phæbi, Ægidii.*
- 8 *Pontifices, & Imperatores laudant sæpe Advocatos: Omnis Orbis storet Advocatis. Galli, Polaci, Germani, Itali, Hispani Patronis lætantur: Laudatur eruditissimus Caldas, ipsiusque Familia Lysis pulcherrima.*
- 9 *Plura de nobilitate, & necessitate Advocatorum referuntur.*
- 10 *Romani semper coluere Advocatos: Lusitani Senatores summis laudibus bonos afficiunt Advocatos: Audientis benignè recipiuntur. Quia hodie? Advocati debent frequentare Audientias de jure nostro regio; Auctoritas Audientiæ dependet etiam ab Advocatis.*
- 11 *Plura de facundia Advocatorum: Cicero fuit Advocatus: Silius Italicus Poeta clarissimus exercuit nostrum munus; nec non & Cornelius Tacitus: Papinianus etiam: Istius laudabile factum narratur: Nerva de jure respon-*

- respondit consilium petentibus: Invehimur in Patronos, qui sine ratione delicta excusant, ac defendunt.
- 12 Nobilissimi Romanorum publicè orarunt: Memoriam defuncti hominis defendere laus est Advocatis; & ita orant.
- 13 Promotor est Advocatus: Promotorum aliqui Judices, & Senatores amplissimi: Procuratores Regii sunt Advocati: Qui pauperes defendit animi regii Advocatus est.
- 14 Ponderatur necessitas nostrorum Advocatorum.
- 15 Fit clara utilitas ipsorum: sunt Advocati milites togati, qui vitam laborantium, bona, & honorem conservant.
- 16 Agitur de meritis Advocatorum: Officium Advocati est nimis meritorium erga Deum, & homines.
- 17 Antiquitas Advocatorum est ipsa cum antiquitate togæ; & ex quo tempore Magistratus, fuere Oratores, Advocatorum certus numerus prefixus antiquitus.
- 18 Aliqua traduntur contra Advocatos, quæ communiter trahi solent: Non hæc tamen bonos offendunt.
- 19 Prosequitur intentum; & hic pulchra dicuntur.
- 20 Ægyptii non sunt usi Advocatis, ut scribit Diodorus Siculus: Impugnatur hic: Tartaria Imperator recusat Advocatos; & datur ratio.
- 21 Advocati in audientiis sedem habent, quæ debetur eorum officio, & personis egregiis. Consistoriales equiparantur Doctores actu legentibus.
- 22 In Domo Supplicationis sunt quadraginta: Modus, quo eliguntur.
- 23 Advocati matriculis inserti efficiuntur clarissimi; & manent etiam, deposito officio: à privata

- conditionis hominibus segregantur; præcipue si Princeps per rescriptum ita concedit post munus depositum; quod non est præcisum consequi: Advocati de jure communi appellantur Comites.
- 24 Lusitani Reges, & clarissimi legislatores excellens reputant officium Advocati; sunt enim equiparati Judicibus forensibus; Auditoribus, & Præsibus Provinciarum; ut possint eligi post quatuor annos in Senatores Domus Portugalensis.
- 25 Advocati sunt de numero personarum maioris conditionis: Non comprehenduntur in pragmatica prohibitionis vestium sericarum: Ad ipsos omnia spectant, quæ competunt viris maioris conditionis: Ipsorum privilegium est validius, quàm equitum nobilium: Scientia juris est modus dignitatis equestris.
- 26 Authores pro Advocatis; & eorum magnitudine.
- 17 Quando Advocati petuntur ut testes, non exeunt de domo. Veniunt scribe; domique interrogantur; seu sint Curiales Advocati, seu non. Reprehenduntur scribe, qui ad domos ignobilium accedunt ob datum premium: Judices non debent sinere in hoc.
- 28 Excellentia Advocatorum apud Hispanos: Postquam judicant sepe advocant.
- 29 Invektiva in aliquos nobiles indoctos, qui nos lacesunt.
- 30 Nobilitas vera consistit in decoris factis: Multa utilitas, proficua, & saluberrima consilia hic nostris offeruntur Advocatis.
- 31 Advocati laudes, & Panegyris.
- 32 Advocati possunt modeste reprehendi à Judicibus: Papinianus fuit reprehensus à Paulo. Judices debent audire Advocatos patienter; & isti liberè loqui possunt sine impedimento.

33 *Advocatus debet esse sine metu. Hic notabilia invenies, qua animo fixa interea habe.*

## SUMMARIUM CAPITIS II.

- 1 *Nostro munere coruscantes, dicuntur Advocati; & nomine frequenter utimur.*
- 2 *Patroni etiam nuncupamur, quia pro clientibus patrocinium suscipimus, eosque à casibus adversis defendendos veluti in gremium accipimus. Hoc nomen Patroni, si bene ponderetur, magnam denotat auctoritatem; dicitur autem strictè loquendo, solus ille Advocatus, qui pro Reo in judicio stat.*
- 3 *Defensores etiam nominamur; appellamur quoque Causidici.*
- 4 *Dicimur Oratores. Ammiani Marcellini elegantia verba in malos Advocatos referuntur. Pessimi Advocati dicuntur Sparta, Cretaque canes, & ita quarentes occasiones, ut possint ad cubilia pervenire causarum.*
- 5 *Lusitano Sermone, vulgariterque dicimur Letrados. Jure merito tale nomen competit Advocatis, qui literis, ingenioque florent. Nomina debent convenire rebus suis. Panditur modus, quo nostri his omnibus speciosis nominibus frui queant ad maiorem Dei gloriam.*

## CAPUT II.

*De variis nominibus, quibus Advocati fruuntur.*

- 1 **M**ultiplici nomine nostri nuncupantur, atque in primis dicuntur Advocati, ut in *l. 1. ff. de postul. ibi; Si non habuerit Advocatum, ego dabo.* Est totus

*tit. Cod. de Advocat. diversor. judic. l. 1. us. qui autem adversus Advocatos ff. de variis, & extraordinar. cognit; ubi glos. L. Siquis, & L. Quisquis cod. de postul. Hoc nomine frequenter utimur Lusitani, & Iberi; significatque eum, qui in judicio jus suggerit, amique desiderium exponit, ut declarat Nisolius verbo *Advocatus*. Extatque Leonis lex vulgaris, & pervagata, quam transcribit Zamorensis Episcopus Simancas *de Republ. lib. 7. cap. 21.* cujus Leonis hæc verba in nostrum clarissimum honorem *Advocati*, qui dirimunt ambigua facta causarum, suæque defensionis viribus, in rebus sæpe publicis, ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant, non minus provident humano generi, quàm si præliis, ac vulneribus patriam, parentesque salvarent. Idem Simancas eos vocat sic *Advocatos, & Patronos*; ut ibi *Abundat Hispania nostra Patronis, & Advocatis plurimis, quorum non pauci & viri probi sunt, & Jurisperitissimi.* Facit illud ex Plaut.*

*Contrivi diem*

*Dum adsto Advocatus cuidam cognato meo,  
Quem hercle ego litem adeo perdidisse gaudeo!*

Et quòd Patroni nuncupemur 2  
est text. in *l. 1. ff. de variis, & extraordinar. cognit. ibi Quem Patronum cause tuæ esse voluisti l. rem non novam §. Patroni cod. de judic. l. Advocati 14. cum leg. seq. cod. de Advocat. divers. judic. l. velamento cod. de postul.* Et nomen hoc nobis datum est; quia pro clientibus patrocinium suscipimus, & sicut Patroni favent liberis, eosque defendendos à casibus adversis suscipiunt, ita nostri Advocati, ut bene Nisol. verbo *Patronus*; quapropter in *l. 2. cod. de*



de postul, dicuntur patrocina præstare. Et prædictum nomen quidem magnam demonstrat auctoritatem, officiique venustatem. Scias tamen Patroni nomen rigorose non esse adeo generale; dicitur enim propriè solus ille, qui advocat pro Reo.

- 3 Etiam Defensores nominamur: *Abbas in cap. venerab. n. 9. & 20. circa finem de elect. Balzaran. ad const. Sicil. in rubric. ut just. habeant certos Advocatos num. 3. l. Advocati cod. de advocat. divers. judic. l. omnes ubicumque, cod. de Episcop. & Cleric. Appellamur quoque Causidici: L. Quisquis cod. de postul. l. 1. ff. de origine juris. Unde Juvenal. Sat. 10.*

*Nec umquam  
Sanguine Causidici maduerunt  
rostra pusilli.*

Et facit illud Ovidii —

*Exercet raucos tertia Causidicos.*

- 4 Etiam dicimur Oratores: *L. omnes ubicumque §. 1. cod. de Episcop. & Cleric. l. 1. §. Servus autem ff. de origin. juris, Matienço in Dialog. relatoris p. 1. cap. 9. num. 7. L. Siquis de togat. 9. cod. de Advocatis divers. judic. Et facit illud etiam Ammiani Marcellini jam citati lib. 30. ibi: Florebant elegantie priscae patrociniis Tribunalia, cum oratores condita facundia attentis studiis doctrinarum, ingenio, fide, copiis, ornamentisque dicendi pluribus eminebant; at nunc videre est per omnes eos tractus violenta, & rapacissima genera hominum per fora omnia volitantium & subsidentium divitum domos, ut Spartæ canes, aut Cretæ, vestigia sagacius colligendo ad ipsa cubilia pervenire causarum.*

- 5 Hæc omnia nomina, & alia, quibus non moror, sunt etenim principalia dicta, nostris conveniunt Doctoribus, quos Lusitano Sermono vulgus appellat Letrados; & ju-

re merito, literis enim, & sapientiâ nimis pollent; ac ingenii ubertate. Sed nec ideo ut altius videaris jura callere, Trebatium impertinenter loquaris, neque sones Alphenum, & Aruncorum, Sicanorumque leges ignotas cum Evandri matre abhinc sæculis obrutas multis. Si Advocatus es esto fidelis: Si Orator, eleganter loquere, si Patronus, præcipuè pauperibus patrocinium præsta: Si Defensor, defende viduas, & infantes, miserofque: Si Causidicus, pro causis pugna tantummodo iustis; injustas verò, & absonas penitus rejice; neque enim debes defendere culpam, scelus, dolumque sagacem: Sic solum nomina bene convenient; alioquin cur placeant speciosi tituli, & vani honores? Quomodo dici potes Advocatus, cum justitiam opprimis? Quare Patronus, cum pauperibus patrocinium recusas? Numquid Orator, si ignavus es, & rudis ingenii vir? Num Causidicus? Minimè, si causam non penetres, negotiumque à fonte deducas. Qui plura videre de hoc cupiat, legat Gibalin. de univers. negot. tom. 2. lib. 6. cap. 3. art. 9. per tot. ubi nihil non dictum relinquit summâ eruditione, copiâque: Legendus etiam, & perlegendus doctus Matienço in Dialog. p. 2. cap. 1. n. 5. Faxit Deus, ut omnes Advocati istis titulis, nominibusque insigniti, & significationem intelligentes, æquent factis, & piis operibus, non degenerando!

### SUMMARIUM CAPITIS III.

- I Ad vestigia, & ad plantas Domini Jesu vera invenitur Jurisprudencia: Salomon insignis fuit Jurisperitus, sed vel ideo vacavit orationi. Plura hic notabilia

- bilia invenies.
- 2 Qui habet ardorem eloquentiae, ut istam consequatur, vacet orationi: Visio Isaiae exponitur.
- 3 Ut quis causas bene defendat, debet orare, & vigilare.
- 3 Jesus fuit oraculum sapientiae, & prudentiae: Scientia, doctrina, & leges in Templo inveniuntur.
- 5 Studio, & vigiliis doctrina acquiritur, sed ut bene, & sine errore, contemplatione opus est, & probatur. David memoratur cythara insignis.
- 6 In Jesu ex ligno pendente est fons sapientiae, & juris. Pelagus Jurisprudentiae sine oratione non navigatur feliciter.
- 7 Idem latè probatur, & ad orationem, sanctamque meditationem nostri invitantur Advocati. Radix Jurisprudentiae in caelo est.

## CAPUT III.

Pandit modum, quo Advocatus veram Jurisprudentiam acquirat, & penetret juris arcana. Invitantur nostri Advocati ad virtutem, atque sanctae Orationis exercitium, à quo juris nostri scientia depenact.

**P**ER compendia itur ad sapientiae culmen. Sed quid agitis, Advocati studiosi? Quare per tot ambages à vobis artes quaesitae, & forsitan non inventae? Didicisse exiguo intervallo fortassis expeditum sit, ad vestigia, dico, & ad plantas Domini Jesu, & hujus Crucifixi. Sic multi in scientiis toti Orbi inclaruere, & neque modò est abbreviata dextera manus Domini. Aquarum penurià laborante exercitu cum ducibus, Elisæus vates fossas aperiri mandat. Reg. 4. capit. 3. v. 16. & de exsiccato torrentis gremio subjungit: *Hæc enim dicit Dominus: non videbi-*

*tis ventum, neque pluviam, & alvus iste replebitur aquis, & bibetis vos, & familiae vestrae, & jumenta vestra.* Imbres illi significant doctrinarum eloquia; neque hoc novum est, nam Moyses ait Deuteron. 32. v. 2. *Concresecat ut pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum:* ergo absque pluviis impletur alvus torrentis. Quid vobis sola Bibliotheca, magni Magistri, Collimbriensisque Academia sola? Qualis evasit Magister Bernardus inter sagos, & nemorum secreta: petebat, & inveniebat: pulsabat, & accipiebat; orabat, & dabatur illi mensura magna; hauriebat enim de fontibus Salvatoris, cum in manuum, pedumque aperturas defixus altissimà ecstasi gloriabatur se scire Jesum. Quis sapientior Salomone? Insignis fuit jurisperitus: sapientiae conjungi optabat; sed quia ista contemplantium sponsa, propterea Salomon cum præ omni solatio ambiret sapientiae thalamos, hanc ut adipisceretur, ipso Monarchiae exordio in Gabaon profectus est orationi vacaturus, fuitque cogitatio felix, nam sic bibit de sapientiae plenissimis fontibus usque ad satietatem.

Viderat Isaïas Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum, audivitque clamantes alterum ad alterum: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus exercituum.* Isaïae 6. v. 3. Cur ergo Angelos imitando ipse Isaïas non laudat Numen? An quia non erat ei guttur quo suaviter caneret? Noluit an ne strepere anser inter olores? Miseratus ergo unus de Seraphim tentavit palato laxare habenas, & infantiam labiorum tollere: *Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Ergo cum carbone,

ne, eoque incenso fieri admonet Seraphim, & labia erudita evadant, & quæ tantam consequantur scientiam, ut simul cum Angelis canere homo valeat: ejusmodi autem prunæ in meditatione exardescant, & non nisi in altari loco orationis inveniantur. Sic insinuat Seraphim, quòd si quis habet ardorem eloquentiæ, si quis flagrat scientiarum desiderio, meditationi sedulus incumbat, oret, contempletur multùm. Sic evades adedò peritus artifex, ut socium in pangendis divinis encomiis Seraphim te non aspernentur.

3 Quid agis, Advocate, qui nocte, dieque libris associatus, & processibus, sic intendis solùm Jurisprudentiam acquirere, & noscere quod justum, & sanctum est. Vacca etiam orationi quotidie saltem unâ hora, quâ penitus juris arcana melius resolves, quàm si integrâ die libros evolvas. Non solùm discas studio, æquum est perficias oratione. Sic poteris intelligere quem, & quam causam defendis. Quære primùm regnum Dei, & cætera adjicientur tibi. Si peccator es, ac homo perditus, sique Omnipotentem non contemplaris, quid profunt artes, quid juvat disciplina, ad quid copia librorum, ad quid Doctoratûs fama? Vanitas vanitatum, & omnia vana.

4 Jesus fuit oraculum verum, ita ut mirarentur omnes super prudentiam, & sapientiam ejus. Amisit sponsum dilectâ: quæsit per vicos, & plateas: amisit filium duodennem intemerata Deipara: lustravit inter cognatos, & notos, & non invenit. Sed quare prope metropolis portas Jesum non reperere parentes? Inveniunt eum Templo in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Bene Origin. homil. 18. in Lucam:

*Non ubicumque in alio loco, sed in Templo simpliciter: sed in medio Doctorum. Et tu ergo quære Jesum in templo, quære in Ecclesia, quære eum apud Magistros. Ut clarè significetur, scientiam, & doctrinam, & Leges, quam seniores docebant, in Templo propriè, atque oratione inveniri.*

Mortales sæpe sæpius vani studio, & vigiliis adipiscuntur, ut lumine parvo præditi esse intelligantur; ut Rabbi, & Magistri vocentur, primasque in Lyceo occupent cathedras; sed hi tamen post maximos labores contemplantur solùm circumposita; & si removeas objectum, hebescit illico oculorum vigor, & nescio quid indistinctum tantùm, atque confusum hauriunt: at verò contemplativi distantia penetrant, in petrisque, atque in præruptis silicibus commorantur, indeque contemplantur escam, ubi cæteris impossibile; de longèque oculi ipsorum prospiciunt: hæc meditantium Advocatorum etiam privilegia: hoc ornamentum: sic orationis amor nostrum intellectum acuminat, suosque cultores aquilarum in morem supervolare facit, & omnem pennatorum gloriam excedere. Sic quondam factus magnus, & insignis citharædus insignis David, ut bene ait D. Athanas. homil. de fem. *David cum in solitudine pastorale ageret, nec esset, cum quibus loqueretur, citharam compinxit, ex cujus concentu duo in primis consequabatur; quòd & inde solitudinem suam mitigaret, & psalmos caneret, & modulationis fructum perciperet, & pietatem adjuvaret, psallegebat quoque multifaria miracula Dei.* Ita sane populum sibi commissum justis in legibus gubernavit.

Quid ergo, Advocati egregii, non ad orationem, & ad Christum

5

6

toto

toto animo, cordeque convolatis? Qualis vobis erit scientia, si Jesum queratis ex ligno pendentem? Hæc etiam studia, atque vestra erunt artes, ut æternum, memoratumque detis per sæcula nomen. Sic fama curret intacta. Nonne est Jurisprudencia divinarum rerum notitia? ubi ergo melius notitias divinas haurietis, nisi in divino fonte? Laborat incassum, littusque stultus arat, qui sine oratione, juris arcana penetrare tentat, vastumque juris pelagus navigare; navigat enim infelix, perituraque cimbâ, fragilique puppi, qui caret Jesu ope. Festinate, viri, nam quæ tam sera moratur segnitias? Aspiret certo fortuna labori. Spoliis se quisque recentibus armet: vadamus Danais immisti sed Numine nostro: tela manu miseri jactabunt irrita Teuceri.

7 Cum tabernaculum sibi fabricari Numen præciperet, jussit & ædificari Propitiatorium, duos quoque Cherubim aureos, & productiles ex utraque parte Oraculi ut Exod. cap. 25. v. 18. Quare ex hierarchicis Ordinibus hoc genus spirituum elegerat? Nam sanè Propitiatorium Dei sedes erat? Melius igitur ex Thronorum classe vocaret, super quibus federet; atque hoc cum respuat, quamobrem non aut Potestates, aut Dominationes, aut Seraphim? Erat enim locus ille & orationi, atque supplicationibus dicatus, quemadmodum *Abulensis ostendit q. 1. in c. 37. Exod. atque demonstrat Levit. capitul. 16.* ibi enim gravis Sacerdos & pro se, & pro reliquâ multitudine supplicabat; jam verò rationali creaturæ nihil sic insitum, atque scientiarum aviditas: in hoc fertur passis habenis animus, quoties sui compos; quoties antiquæ memor est nobilitatis. Voluit igitur Deus significare, unde petendæ essent

scientiæ, atque proinde Cherubim super Propitiatorium delineari præcepit. Eia ergo, Advocati egregii, & quicumque Jurisprudenciæ nostræ operam datis, non solum in libris fidite, orationi vacate, sanctæque meditationi, quâ intellectus clarior discurret, Non ut bruta animalia solum ad terrena præmia, pecuniasque attendatis, Patroni; ad Sydera aspiciate, Deumque intuemini: Brutorum proprium est oculos, vultumque omnem in terram defixos habere: hominis Principis animantis est lumina ad æthera attollere, ut sunt Poetæ notissimi versus.

*Pronaque cum spectent animalia  
cætera terram,*

*Os homini sublime dedit, cælumque videre*

*Jussit, & erectos ad Sydera tollere vultus.*

Radix Jurisprudenciæ in cælo est: etgo à cælo accipite documenta: Beatus Advocatus, cujus cogitatio in Olympo est: Hic hominibus bene inservit, & istius cliens esse vellem. O me malum hominem! Domine Deus in adjutorium nostrum intende.

---

#### SUMMARIUM CAPITIS IV.

- 1 *Argumentum primum proponitur intendens probare neminem ab Advocationis munere prohiberi posse: Ab operibus Misericordiæ nullus potest arceri; Præstare patrocinium est opus Misericordiæ.*
- 2 *Secundum argumentum.*
- 3 *Tertium argumentum: Dilectio proximi est ex naturali præcepto charitatis.*
- 4 *Plurimi Summa ratione arcentur à munere Advocati: Ab operibus Misericordiæ potest quis excludi vel propter impotentiam, vel*

- vel propter indecentiam: Virtus corrumpitur per superabundantiam: Monachi, & Clerici arcentur à nostro munere: quia illo sunt maiores.
- 5 Magna in Advocato requiritur Dignitas; & paulo minor, quàm in Judice. Debet pollere auctoritate, Jurisprudencia, & probitate morum: Cujus vita despicitur, consilium, & Oratio contemnitur: Advocati sunt Oratores monentes, & docentes: Vide hic pulchra.
- 6 Legislatores summo studio curaverunt homines iniquos, & pravos arcere quàm longissimè ab Advocati munere. Hic excluduntur propter excellentiam, & eminentiam sui ministerii: Monachi debent vacare Orationi, & non se immiscere negotiis temporalibus: Ad Principes spectat distribuere officia: Advocati debent esse subiecti Tribunalibus, & Magistratibus, ubi advocant: Monachi, & Sacerdotes sunt exempti omnino à potestate seculari.
- 7 Monachus habet unde vivat, & Monasterium debet eum alere: Monachi celo Religionis vivunt, & fugiunt ambages: Homines seculares sunt destinati propriè ad scientiam juris.
- 8 Qui facit contra jus, semper aliquam culpam committit, sive mortalem, sive venialem pro gravitate rei præcepte; Leges justè obligant in conscientia: Vide hic, quando prohibitus à patrocinio peccet, si causam defendat: Qui sine scientia, negotiorumque experientia se ingerunt Advocatorum numero, graviter peccant, & ad restitutionem tenentur.
- 9 Heretici, pagani, & excommunicati non possunt esse Advocati; & peccat Judex, qui tales admittit: surdi, muti, cæci, furiosi, & imbuberes usque ad decimum octavum annum orare prohibentur: Ita etiam à Senatu amoti, servi, femina, & viri, qui passi sunt muliebria voluntarie contra naturam; Damnati capitali crimine, vel calumnia publici judicii: Qui etiam operas locavit, ut pugnaret in arena cum bestia: Si tamen ostentanda virtutis causa, fortis sit Advocatus.
- 10 Prohibentur Monachi, & Sacerdotes, ut dictum est: De jure speciali Regni Lusitaniæ non potest esse quis procurator minor viginti quinque annis, nisi sit professor juris Civilis, aut Canonici: Quando minor possit admitti? Lege authores hic.
- 11 Argumentum derivatum ex alia lege Lusitana lib. 3. tit. 9. §. 5. contra primam, quæ est lib. 1. tit. 48. §. 20. ad concordiam reducuntur.
- 12 Advocatus debet esse condecoratus infula Bachalaureatus-Eligenti procuratorem, & Advocatum minorem non competit restitutio: Doctor in causa propria non restituitur.
- 13 Cur potentes arceantur à munere Advocati? Non ideo est, quia tale munus non possit esse cuicumque debitum, & condignum exercitium, atque satis honestum; sed ne juncta hæc potentia muneris potestati, fortius, quàm par, & justum est in judicio, agat, & strictè unita operetur. Vel quia potentes regulariter sunt aliis occupati ministeriis, & potentissimorum Regum muneribus; ita ut populus; & multi viri ab eis dependant plurimis de causis: Ita ergo arcentur ne confundant justitiam; quæ quandoque istis minuitur motivis.
- 14 Infames, & Rei criminis falsitatis

- tatis non possunt esse Advocati: Et uno verbo, infames arcentur. Judæus non potest esse Advocatus; sunt enim infames Judæi, & notati crimine læsæ Maiestatis: Prohibitus postulare, potest privatim consulere.
- 15 *Ædictum de postulando est prohibitorium: Qui prohibentur, summa ratione arcentur: Quondam cæcus advocavit his Urbibus: Advocato non sufficiunt centum oculi: cæci à postulando arcentur; quia videre non possunt Magistratus insignia.*
- 16 *De Authore arene latè agitur: Conciliantur duæ leges juris civilis. Ostentationis causa apud Romanos cum bestiis pugna erat.*
- 17 *Qui literarum peritiam non habent, Advocati esse non possunt: Antequam per statuta tempora juri operam demus, non possumus esse Advocati: De jure communi requirebatur quinquennium: sine legum studio nemo ad advocacionem assumi potest: Reprobantur qui ante tempus à nostra lege prefixum advocant; quod non possunt, licet sint exercitio causarum periti.*
- 18 *Lex nostra est justa in hac materia: Lex justa in conscientia obligat: Reprobantur iterum, atque iterum.*
- 19 *Advocati non graduati habent prælationem ad oppida, ubi litterati non adsunt: Excluduntur iterum, licet docti sint.*
- 20 *Lex Lusitana requirit in Advocatis octo annos studii: Hic cursus postulat, ut insignes evadamus: Vide plura hic.*
- 21 *Illiterati, apud nos quandoque consequuntur rescriptum à Rege, ut possint in oppidis postulare: Celebrantur isti stupendi viri: Camera debebant habere Advocatos honoratos, sicut Medicos: Hodie Advocatorum infi-*

nitus est numerus; & sic quasi cessant rescripta.

Ponam hic Epigramma in quemdam suo rescripto tumidum, qui in pago orabat —

*Rescripto Paulus tentat defendere causas,*

*Interea pago personat, atque foro. Regius Orator, præclarus munere Regis!*

*Sed non disertum regia dona dabūt. Stulte tace: ingenium longoque sudore repertum*

*Cognoscas: tibi non ulla Minerva favet.*

*Hæc tibi rescribo: non regius esto Patronus:*

*Tu nil re verà nobilitatis habes. Nam pago rudi re verà ignarus asellus*

*Obstrepis, & pagi sic quoque Doctor eris!*

#### CAPUT IV.

*Utrū licitè, & convenienter aliqui arceantur ab officio advocandi, & quales sint? An qui est prohibitus à munere Advocati, si tamen patrocinetur, peccet mortaliter? Utrū restitutio competat eligenti procuratorem minorem?*

**V** Idetur primò, quòd inconvenienter, & sine ratione multi arceantur ab isto munere; ad quod suadendum sic argumentari potest. Ab operibus misericordiæ nullus potest arceri, sed patrocinium præstare in causis est opus misericordiæ, ut supra diximus, & probavimus cap. 1. ergo nullus jure merito, licitè, ac validè potest, aut debet arceri à nostro officio.

Secundò sic: Implicat esse idem effectus causarum contrariarum; atqui esse deditum peccatis, & rebus divinis est manifestè contrarium:

rium: ergo inconvenienter excluduntur ab Advocatis aliqui propter Religionem, ut Monachi, & Clerici; alii verò propter culpam, ut infames, & hæretici.

3 Argues ulterius: unusquisque debet diligere proximum, sicut se ipsum ex rigoroso præcepto, ac naturali charitatis: atqui ad officium dilectionis pertinet quòd aliquis Advocatus causæ alicujus patrocinetur: ergo inconvenienter aliqui, quibus conceditur pro se ipsis authoritas advocacionis, prohibentur patrocinari causis aliorum.

4 His tamen non obstantibus, asserendum est firmiter, summam cum ratione multos arceri à nostro munere, neque mirum esse debet quòd aliqui ab operibus misericordiæ excludantur, vel propter indecentiam, vel propter impotentiam; neque enim omnia omnes decent, sicut stultos non decet consilium præbere, neque ignorantes docere; & hoc apertè illidit primum argumentum. Ad secundum autem dicendum est, quòd virtus corrumpitur per superabundantiam, & multi fiunt indecentes per maius, & minus; quapropter Monachi, & Clerici arcentur à nostro officio; quia illo sunt maiores. Infideles vero, & infames; quia sunt minores. Ad tertium respondeo non procedere; quia suppono alios posse subvenire.

5 Tanta ergo in Advocatis requiritur dignitas, ut certè paulo minor quàm in Judice in illo desideretur. Ea enim debent pollere authoritate, ut non tantum Jurisprudencia, verum etiam probitate morum fidem sibi arroget. Ad quod etiam alludit Dominus, dum peccatori causam suam agenti, & coram populo concionanti dixit: *Quare tu enarras justitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?*

Cujus enim vita despicitur, restat quoque, ut ejus consilium, & oratio contemnatur. Magna erat Apostoli scientia, fuit enim raptus usque ad cælum, attamen corpus castigabat, & in servitutem redigebat, ne cum aliis prædicaret, ipse reprobus efficeretur. Non ex hoc dico Advocatos esse Prædicatores, sed quis dubitet esse Oratores admonentes, & docentes? Gravitas ergo morum necessaria iisdem est.

Hinc est, quòd Legislatores summo studio curaverunt homines pravos, atque iniquos ab Advocati munere quàm longissimè arcere. Alii autem excluduntur propter excellentiam, & eminentiam sui ministerii; non enim est conveniens, quòd Monachi, & Sacerdotes Deo mancipati, & rebus sacris traditi, se immisceant negotiis temporalibus: Vacent ergo Orationi, & disciplinæ, Deo addictissimi. Facit altera ratio; quia ad Principes spectat distribuere officia, & regere suam sæcularem Rempublicam: debet ergo habere Advocatos subjectos Tribunalibus, & suis sæcularibus Judicibus, ut si delinquant in re adeo gravi, possint puniri: at vero Monachi, & Sacerdotes sunt exempti per omne jus à potestate sæculari: ergo non debent advocare, sed necessariò arceri debent.

Est alia ratio; quia Monachus habet unde vivat, Monasterium enim debet illum alere. Sacerdos sæcularis si altari servit, de altari vivat: ergo occupationes merè sæculares debent servari intactæ sæcularibus: ipsis, & sæculo viventibus: Monachi autem cum cælo Religionis vivant, debent fugere ambages ab eorum personis alienas; neque cognoscere de similibus, quando sunt homines scientiam juris profitentes, & destinati ad hanc occupationem.

cupationem; qui multis sumptibus, & laboribus ad talem statum devenere, & precisum est ipsis acquirere aliquid unde vivant, & manducant.

- 8 Quæri hic potest, an qui est prohibitus à munere advocati, si tamen patrocinetur, peccet mortaliter? Ad respondendum quæstioni, supponendum est primò, quod qui facit contra jus, semper aliquam culpam committit, sive mortalem, sive venialem pro gravitate rei præceptæ; omnes enim leges, quæ justæ sunt, obligant in conscientia ex illo Pauli ad Roman. 13. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & damnationem sibi acquirit.* Et Proverb. 8. *Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt.* Hoc supposito, dico, quòd si defectus, ob quem Advocati ab officio arcentur, non multum ad rem faciunt, non est peccatum mortale secundum DD. uti officio; immo tot poterit circumstantiis cohonestari, ut sit licitum, atque laudabile. Nam si mutus scripto consulat, aut infamis emendatus citra scandalum, & in casu necessitatis alteri patrocinetur, procul dubio non datur culpa. Quia autem plurimi absque ulla scientia, negotiorumque experientia se ingerunt Advocatis, tales à culpa mortali immunes esse non possunt; cum iste defectus multum obstet fini nostri officii, efficiatque ut causæ concredita periclitentur. Immo tali casu tenentur ad restitutionem, ut bene *Sylvester in summa verbo Advocatus.*

- 9 Prohibentur ergo primò patrocinari hæretici, pagani, & excommunicati, ut ex *cap. 14. q. 1. & ex cap. nemo de pœnit. d. 1.* ubi etiam dicitur peccare Judicem, puniri que debere, qui tales in judicio scienter finit. Prohibentur advocare per canones furdi, muti, cæci, furiosi, impuberes usque ad decimum octavum

annum, à Senatu amoti, servi, femina, & viri, qui passi sint muliebria voluntariè contra naturam, Item damnati capitali crimine, vel calumnia publici judicii, & qui operas suas locavit, ut pugnaret in arena cum bestia, ut est videre in *cap. in sim. 4. q. 7. §. tria, & in l. 1. ff. de postul. ubi glos. in verbo locav. inquit, rectè dici, locaverit, hoc est causa mercedis; nam qui sine ista, & sola causa virtutis ostentandæ cum bestia pugnasset, infamis non maneret.*

Prohibentur Monachi, Sacerdotes, ut diximus, jam, ex illa ratione, quòd sint Deo mancipati. Et deveniendo ad dispositionem nostri Regni, habemus expressam *Ord. lib. 1. tit. 48.* ubi non potest esse procurator minor viginti quinque annis, nisi sit professor juris Civilis, aut Canonici, & gradum habeat: Et ibi de hoc tractatur *usque ad n. 29.* & de jure communi est *titulus 4. C. de postulando, & procuratoribus, ubi Speculator lib. 1. tit. de Advocato. §. 1. & tit. de procurat. Dum tamen Ordinatur.* prohibet minorem, desumpta videtur ex *l. Minor juncta glos. verbo non est ff. de procurat. l. Exigendi vers. Sane juncta glos. verbo non injustè C. de procurat.* quibus adjungitur *l. in cap. Qui generaliter §. ultim. de procurat. lib. 6.* Et si velis scire quando minor possit admitti, vel non, lege *Vantium de nullitat. ex defectu mandati, n. 133. Ægydium in leg. ex hoc jure ff. de just. & jure p. 2. cap. 10. Baroni. de effectu minoris ætatis, effectu 12.*

Obstat tamen supradictis, & nostræ legi memoratæ, dum requirit vigintiquinque annos, alia *Ord. lib. 3. tit. 9. §. 5. ibi.*

*Sem ter dezafete annos perfeitos.*

De qua *Caldas Pereir. in leg. Si curatorem verbo hunc contractum n. 36. cum seq. & ibi tenet has Ordinationes*



tiones ex recopiatorum negligentia inter se esse diversa, quæ facili tamen negotio ad concordiam reducuntur, si dicamus quòd §. Qui requirit 25. annos procedit, quando constituitur procurator ad omnes causas, alius vero, qui requirit 17. procedit, quãdo constituitur ad particularem causam, quod insinuare videtur *Molina de just. tract. 2. disp. 238. §. Excipitur in fine: Peg. ad dictam Ordinat. lib. 1. tit. 48. §. 20. n. 2.* ait nostros sudare interpretes, & duos esse constituendos casus, alter cum procurator ad judicia constituitur expressè, & tunc non potest esse minor 25. annis; alter cum ad negotia constituitur per accidens, & tunc sufficiunt 17.

12 Ad illud, quod lex excipit de condecorato insula Bacchalaureatus, Licentiati, aut Doctoris in Universitate Conimbricensi, est deductum ex *leg. 1 §. Pueritiam ff. de postulando, & §. final Instit. quibus ex causis manumittere non licet.* Si quæras incidenter, utrùm in tali casu competat restitutio eligenti talem procuratorem minorem, negant DD. cum quibus *Peg. ubi supra n. 4.* quod mirum esse non debere ait idem *Peg. cum etiam D. vi causa propria non restituatur ex Alexand. in l. Civitas n. 13. ff. si certum petatur, DD. in l. professio C. de munerib. patrimonii lib. 10.* At tamen magna militat differentia inter utrumque casum, sed tamen non recedo ab ista opinione, sibi enim debet imputare qui talem elegit, *per leg. de mandato ff. de minoribus, & jure quem elegit;* quia advocatus Tyro sæpe sæpius lites confundit; licet etiam senes ab hoc dicto non sint immunes.

13 Quæri etiam potest de ratione, ob quam equites, & potentes arcentur ob officio advocati; si enim isti sunt nobiles, & gaudent iisdem, vel quandoque, maioribus privilegiis, & ipsis similitudine æquiparantur,

quomodo excluduntur? Clarum est ex hoc non deduci ignobilitatem in advocatis; sed hoc fuit dispositum ad satisfaciendum dispositioni *Ord. lib. 3. tit. 19. §. 29.* ne tanquam potentiores omnia confundant, miserisque hominibus timorem injiciant. Ita dicit *Peg. ubi supra §. 22. glos. 24. n. 2.* Crederem ego tamen hic agi de procuratoribus, qui non sunt graduati, sed sollicitatores merè; advocatos enim equites, & professos in militia Christi multos noscimus, & eximia nobilitatis viros; qui ab advocando non arcentur, imò ipsis magis fulget, & condecoratur officium: sed contra: *Lex, que prohibet est lib. 1. tit. 48. §. 22. sub titulo de Advocatis:* ergo non potest intelligi de mere procuratoribus: *Vide solutionem in Summario hujus capituli hoc n. 13.*

14 Infames etiam, & rei criminis falsitatis non possunt esse advocati, si ex criminibus resultat infamia: *Cardos. in praxi verbo procurator n. 5.* & ex falsitate resultat infamia: *l. Lutatius Titius 21. ff. de iis qui notantur infamia.* De aliis autem criminibus, qui infamiam irrogent est *tit. ff. de his qui notantur infamia, & C. ex quibus causis infamia irrogatur:* latè *Scobar de puritate, & nobilitate probanda per totum.* Judæum etiam advocatum esse non posse tradit *Bartol. in l. ultim. C. de postulando, Menoch. de Arbitrar. casu 260. n. 69. Donelus in coment. juris Civilis lib. 18. cap. 13. column. 7. versic. preterea cur hoc.* Judæi etenim, qui à Christiana fide recesserunt, & cruce in pœnitentiam pectori & tergo inversa, vulgo Jamaiisti notantur, infames sunt ob patratum crimen læsæ maiestatis, & advocati esse non possunt: *Cald. conc. 13. n. 6. Speculatorem. lib. 1. tit. de test. in princip.* Qui plura velit, legat *Ord. & DD. de ipsa tractantes,* ad quos lectorem remitto; & bene. Unum tamen quæ-

quæram pro coronide. Utrum pro-  
hibitus postulare possit in domo pri-  
vatum consulere? Et dicendum est  
posse. *Alciat. conc. 91. n. 4. & ex aliis,*  
*quos refert Cabed. p. 1. decis. 214. n.*  
*14. Cardos. in praxi verbo procura-*  
*tor n. 101. Gratian. forens. cap. 39.*  
*n. 10. cum seq. & ita videmus quo-*  
*tidie.*

15 Postulandi ergo edictum est pro-  
hibitorium: *l. 1. ff. de postul. & su-*  
*pra dicti postulare, seu advocare*  
*non possunt; quia à legibus summa*  
*ratione prohibiti reperiuntur; l. ab*  
*ea parte, juncta glos. 2. ff. de pro-*  
*bat. Speculat. lib. 1. rubr. de Advo-*  
*cat. §. 1. n. 12. Hi versus de ista pro-*  
*hibitione solent legi.*

*Non cuicumque datur, quod postu-*  
*let, immo vetatur,*

*Addictus pæne, servus, puer, au-*  
*thor arena,*

*Luminibus cassus, mulier, mu-*  
*liebria passus.*

Novi ego tamen nostra Lusitania,  
hisque Urbibus cæcum advocantem.  
Quomodo hoc facere posset, num-  
quam intelligere potui, cum Advoca-  
to sufficiant vix centum oculi.

*Centum fronte oculos, centum cer-*  
*vice gerebat*

*Argus, & hos omnes sæpe fe-*  
*tellit amor.*

Ratio principalis, ob quam cæci  
à postulando arcebantur, fuit; quia  
insignia magistratus videre, & re-  
vereri non possent, ut affirmat Ul-  
pian. in *l. 1. §. casum de postuland.*  
Et Labeo refert P. Cæcum Nonii Af-  
pernatis patrem postulare volentem  
à Brutto averfa sella destitutum.

16 Author arena non potest esse  
Advocatus, ut eadem lege supra  
probat in §. item Senatus consultum  
de postul. ibi. *Qui operas suas loca-*  
*vit, & cum bestiis depugnaret, si-*  
*ve depugnaverit, sive non, infamia*  
*notatur.* Et licet supra de hoc dictum  
sit, potest tamen fieri argumentum,  
quod edit *Panciroli. in suo thesaur. l.*

*2. cap. 20. illudque deducit ex lege,*  
*quam memorat, l. 3. tit. seq. de his,*  
*qui notantur infamia. Qui operas*  
*suas locavit, ut prodiret artis lu-*  
*dicæ causa, neque prodiit, non no-*  
*tatur; quia non est res adeo turpis,*  
*ut etiam consilium puniri debeat.*  
Qui solutionem his legibus dare in-  
tendunt, asserunt in ipsis figurari  
diversos casus; & ita esse diversas  
decisiones. Nam lex tertia loquitur  
de illo, qui artis ludicæ causa ope-  
ras locat, idest, ut recitet aliquod  
in scena; isque non notatur, nisi  
prodeat; & rationem dedit Caius;  
quia hoc non est adeo turpius. Qui  
verò locavit operas, ut cum bestia  
pugnaret, illico notatur infamia;  
censetur enim quid turpissimum.  
Jam verò supra diximus; quòd si  
ostentationis, & virtutis causa cum  
bestiis pugnet, non manere infa-  
mem, hoc enim faciebant Imperato-  
res, & fæminæ clarissimæ: Unde il-  
lud Martialis *lib. 1. Epigram. 8.*

*Prostratum Nemeas, & vasta in*  
*valle Leonem,*

*Nobile, & Herculeum fama*  
*canebat opus.*

*Prisca fides taceat; nam post tua*  
*munera Cæsar,*

*Hæc jam fæminea vidimus acta*  
*manu.*

Qui literarum peritiam non ha-  
bent, similiter Advocati esse non  
possunt; ut probat *tx. in l. 2. cod.*  
*de postul. l. nemini cod. de advocat.*  
*divers. judic. l. jubemus §. nec de*  
*cætero cod. eod. ideo antequam per*  
*statuta tempora legibus operam*  
*dederint, nullo modo admitti pos-*  
*sent. Quantum tempus requiratur*  
*secundum jus commune? Scias*  
*esse quinquennium, ut probatur*  
*in Proæm. digestor. §. & quod:*  
*tradit Bovadill. in politic. lib. 1.*  
*c. 6. n. 20. tom. 1. Atque ita patet,*  
*quòd sine legum studio nemo ad*  
*officium Advocationis assumi potest:*  
*textus in. l. 1. §. Advocatos,*  
*juncta*

*juncta glos. ibi verbo quoq. ff. de variis, & extraordin. cognit. Et hoc militat, licet talis sit in exercitio causarum peritus, & aliquis Senex. Ita Rebuff. de privileg. scholar. privil. 39. n. 7. Perez in l. 2. tit. 19. lib. 2. Ordin. Isti, qui sic impudenter advocant; privari debebant, & deponi; possunt enim magis, quam Reges, & Legislatores; & sunt grandis privilegii viri, qui sine exercitio in Collimbria, secum dispensant, nostrumque ad laborem, & præmia injustè concurrant, quod summum nefas crederem. Legant Ordinat. lib. 1. tit. 48. in princit. ibi:*

*Mandamos que todos os Letrados, que houverem de advogar, e procurar em nossos Reynos, tenham outo annos de estudo cursados na Universidade de Coimbra, em Direito Canonico, ou em Civil, ou em ambos. E o que procurar, ou advogar sem ter o dito tempo, pagarà pela primeira vez cincoenta cruzados, ametade para quem o acusar, e a outra para a arca da Universidade. E pela segunda encorrerà na mesma pena. E posto que acabe de estudar outo annos, não usará o dito officio até passarem dous annos.*

18 Vel hæc lex est justa, vel non est? Si primum, quod certum est, quare illam non observatis, intempestivi Papiniani? Observate quæso, & abstinete à munere indocti! Utinam possem ego contra vos procedere Doctores novos, atque hospites in limine! Numquid lex justa in conscientia non obligat? Audieram ego obligare: *Bellarmin. tom. 2. lib. 3. de laicis c. 11. Tyrrian. lib. 5. adversus Madeburg. c. 9. Cov. in regula peccatum p. 2. §. 3. Navar. in summ. cap. 23. n. 54. Felin. in c. 1. de sponsal. n. 18.* Et adeo certum hoc est quod Eximius Granatensis dicat hanc con-

clusionem vel esse de fide, vel saltem fidei proximam ob illud Pauli ad Roman. 13. *Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Hæc *Suar. lib. 3. de leg. cap. 21. in lit. B. & supra dixi.* Obedite ergo, Papiniani intempestivi, Advocati in fieri, Doctoresque viarum, & itinerum; obedite, quæso, potestati Legislatoris nostri; aut cesset Academia, vobis ita præcipientibus. Utinam non velitis etiam convolare ad Senatus! Hæc vobis audacia restaret; quia quantum ad munus Advocati saturati estis. Miranda sane! Stupenda hæc senibus nostris.

Isti Advocati non graduati poterant convolare ad oppida in quibus certè eis darem prælationem; quia in oppidis aliquibus, ubi literati non adsunt, illiterati admittuntur; ut testatur *Rebuff. de privileg. Scholar. privil. 39. n. 7.* ergo à fortiori isti, qui dimidium habent Advocati, præcipuè si bene ceperunt: *Dimidium facti qui bene cepit habet.* Nec me latet ipsos quamvis non graduatos posse vel ipsos Advocatos Curiales superare; sunt enim plurimi dediti studiis, bonæ, decoræque Mineræ, quod aliquibus non nego. Sed vel ideo cur horrent examen? Si non, quare ad Collimbriam non faciunt iter? Sed sunt partibus occupati, familiaque gravati: ad hoc ego, si ita est, respondere nolo, parcoque interim; non tamen si Judex forem. Relinquant substitutum; ad Universitatemque tendant veluti miracula, & post præmia laborent. Nonne hæc est magna felicitas, amplissimumque privilegium?

Notabis nostram *Ordinationem*, 20 *qua supra* requirit octo annos, vel ideo appetere maius exercitium, & vastam scientiam in nostris Advocatis; ideoque maius spatium nobis assignat prætereundum

dum scholasticis. Hic tanti temporis cursus postulabat, ut nos omnes literatissimi evaderemus, sed quàm multi (mecum) perdidimus operam, & oleum! Paenitet, nuncque ploro, Legali scientiâ imbuto, rectèque instructos supponit suos Imperator quinquennio? Cur ergo Lusitani octo annis maiores non comparent notitias? Vide *Peg. & Barbos. ad hanc legem*, ubi explicant penas transgressorum. Hodie tamen ego de facto nullum noscere vellem; satis enim repletus est numerus, & infiniti sunt Advocati formati, qui postulant, quod non solum est in nostro Regno, sed in aliis: Quare ergo novum agmen accedet?

21 Notabis ultimò, apud nos illiteratos quandoque consequi rescriptum à Principe, ut possint in oppidis postulare, ubi non sunt Advocati, si enim existunt, in illorum præjudicium rescriptum concedi non valet, invictissimus enim Princeps non solet, aut debet præjudicare juri quæsito, neque ab invitis auferre. Quid tamen putas hos illiteratos facere? Quales allegationes adducant in medium, quot textus terminantes! Væ nobis! Aliquando accedunt ad manus nostras illorum scripta, dignissima sane, quæ flammis traderentur ob injuriam atrocem, quam nostro juri faciunt. Bonum erat, si sicut *Camerae* Medicos habent honoratos, etiam Advocatos peterent; quibus ex populi pecuniâ ad subsistentiam quotannis certa summa daretur; ut sic pauperes notos haberent defensores; tales enim illiterati ubique sunt non adeo convenientes, & Judicibus solent esse importuni: Nescio tamen an hodie sit locus, ubi non assistant multi Advocati formati; crevere enim, & multiplicati sunt; & sic illa rescripta cessabunt.

## SUMMARIUM CAPITIS V.

- 1 Clerici regulariter loquendo non possunt esse Advocati: Opprobrium est Clericis forensium disceptationum peritiam ostendere. Ecclesia talibus non subvenit: alii contra tenent. Acquisita à Clerico ex advocacy reputantur patrimonalia ipsius.
- 2 Episcopi non possunt esse Advocati, neque coram Judice Ecclesiastico. Multò fortius Ecclesiastici prohibentur advocare in materia criminali: utrum ad defensionem reorum admittantur? Negamus.
- 3 Non possunt advocare contra Ecclesiam, a qua habent beneficium; sic enim reputantur ingrati, & indigni: Ob hoc revocari potest donatio libera.
- 4 Clericus in minoribus potest esse Advocatus, etiam coram seculari Judice. In causa suæ Ecclesie poterit Clericus advocare: Sufficit quòd causa redundet in utilitatem Ecclesie ad hoc: In propria causa valet advocare; & pro sui ipsius sustentatione.
- 5 Coram Judicibus Ecclesiasticis possunt advocare, & in suis propriis audientiis postulare. Debent accipere honorarium moderatè. Pro miserabilibus personis possunt advocare, & pro suis conjunctis, maxime necessitate instante; & quando adversarii sunt potentes; vel conjuncti non habent idoneum Advocatum. Si Advocatus advocet pro patre, aut matre, poterit facere contra eum etiam, à quo beneficium est consecutus.
- 6 Clericus, & etiam Monachus possunt advocare pro amicis suæ Ecclesie: etiam hoc casu censetur

tur causa respicere utilitatem ipsius Ecclesie: Non erunt his terminis Advocati causa lucri, sed benevolentis charitatis. Si detur necessitas, & bona patrimonialia Clerici non sufficiant, licite per advocationis munera acquirere possunt, ut se, fratres, parentes, & conjunctos sustentent.

7 Clerici non possunt audire, aut discere Civiles leges; & si faciant, incurrunt certas penas.

8 Romanus Pontifex potest dare licentiam Clericis; & Religiosis, ut jura Cesarum audiant; & ita possunt esse Juraices in secularibus Tribunalibus. Plurimi Lusitani laudantur Clerici, & Judices celeberrimi in Jure Civili.

9 Privatim, & in Camera possunt semper Clerici Juri Casareo operam dare, ut melius canonica decreta intelligant. Canones maxima ex parte juri Civili sunt conjuncti. Nisi quis bene sciat Canones cum legibus, non potest practicam judiciorum cognoscere. Jus Pontificium est medulla juris Civilis.

10 Qui ante Clericatum juri Civili operam dedit, post Clericatum assumptum non prohibetur ad Doctoratum convolare; & in eodem jure. Qui Doctoratum juris Civilis assumpsit, bene potest ad Sacerdotium promoveri. In Curia Romana ex tolerantia Summorum Pontificum Clerici exercent publica munera Advocationis.

11 Clericorum Advocatorum hodie infinitus est numerus. Moneantur, & quales esse debeant, ipsi sciunt.

12 Clericus in Jure Doctor potest ordinari secundum DD. non obstante Concilio Tridentino, sine patrimonio, & beneficio, & ita

pauper. Jura Professoribus divitiis, & bona pollicentur.

15 Contraria Sententia fortassis securior sit.

## CAPUT V.

Quando Clericus possit esse Advocatus? Et utrum in jure Doctor possit ordinari sine patrimonio, non obstante Concilio Tridentino?

**A**B Advocatorum munere aliquos jure merito arceri diximus; hic tamen specialiter de Clericis acturi sumus. Et certum est regulariter Clericum non posse esse Advocatum, neque procuratorem: cap. Sacerdotibus ne Clerici vel Monachi, ubi Abbas, Innoc. & alii in cap. credo 21. q. 3. tx. optimus in cap. 1. extra de postul. & ibi glos. in verbo secular. & ibi datur genuina ratio, quia opprobrium est Clericis forensium disceptationum peritiam ostendere: tx. est etiam in c. fin. eod. tit. Diaz in pract. crimin. can. cap. 57. in verbo Ministri laicorum n. 1. & seq. affirmatque Ecclesiam talibus, non subvenire quidquid contra Abbas, & alii in c. ut unus. de pecul. Cleric. ubi tradit, quod acquisita à Clerico ex advocatione reputentur patrimonialia ipsius Clerici, & quod de illis potest liberè disponere; & certa hæc est resolutio, pro qua stat firmiter Redoan. in tract. de Spol. q. 2. num. 25.

Maiori cum ratione procedit hæc regula in Episcopis, qui neque coram Saculari Judice, neque apud Ecclesiasticum possunt advocare: cap. te quidem 11. q. 1. cap. Prolat. 88. dist. plura adducit Redoan. de Spol. q. 2. n. 18. Neque hoc conveniens erat eorum amplissimæ dignitati, & ministerio à secularibus alieno, forensique strepitu remoto; & supradictæ resolutiones multò fortius

tius procedunt in re, & materia criminali: *ad glos. in c. 1. verbo stipendiis vs. quia in criminalib. extra de postulando: tx. in cap. Sententiam sanguinis ne Clerici; & c. his. à quibus 23. q. ultim.* Quæres tamen: Utrum ad reorum defensionem possit admitti noster Clericus? Respondeo tutius esse, ut in simili etiam se absteat: *Redoan. in d. tract. q. 2. n. 26. ubi lege.*

3 Multò fortius prohibetur ipsis advocare contra Ecclesiam, in qua habent aliquod beneficium; quia tunc ingrati omnino beneficio privabuntur; ut omne docet, & disponit *tx. in cap. fin. §. Clericus autem extra de postulando, & ibi Panorm. & alii classici scriptores: Sylvester in summa verbo Advocatus n. 8. Xamar de officio Advocat. p. 2. q. 3. n. 56. Cancer. var. resolut. p. 2. cap. 14. de procurat. & potest revocari donatio libera. (Papinianus ff. de in offic. testament. Xamar, ut supra) propter hoc.*

4 Limitatur tamen supraposita resolutio; ita ut Clericus non beneficiatus, & solum in minoribus constitutus non prohibeatur esse Advocatus, etiam coram sæculari Iudice; quod quidem est triviale, & tradit *Redoan. d. tract. q. 2. n. 24. & 25.* In causa etiam suæ Ecclesiæ potest Clericus esse Advocatus, & procurator: *tx. in c. 1. & in c. fin. & ibi DD. extra de postulando.* Et sufficit, quòd causa redundet in Ecclesiæ utilitatem: *Lopez in addit ad Diaz in pract. crim. canon. cap. 57. lit. Aus.* Secundus casus est. Neque similiter Clericus est removendus, ne advocet in propria causa; potest enim validè: *ex. in cap. fin. & ibi glos. in verbo pro se ipso, & omnes Canonistæ extra de postul. Redoan. de spol. q. 2. n. 19. & 20.* Et possunt advocare pro sui ipsius sustentatione, quia si possunt pro miserabilibus personis, ut infra dicendum, à fortiori

pro se ipsis, à quibus prima charitas debet incipere: *c. 3. de supplenda negligentia Pralator. Grat. for. c. 57. n. 23.*

5 Coram tamen Iudicibus Ecclesiasticis possunt advocare, & in suis propriis audientiis: *Cardinalis in c. fin. in prio in 2. quest. extra de postulando. Cepol. cons. civil. 21. n. 7.* atque ita Romana Curia, totusque Orbis observat: *Innocent. in cap. 1. eod. tit. de postul. ubi tamen declarat ipsis non posse pecunias petere, sed quod oblatum est bene accipere. Vide tamen de hoc Redoan. de spol. de q. 2. n. 20. in fin.* Et promiserabilibus personis iustum est (utinam, omnes, & semper velint!) posse *tx. in c. 1. in fin. & ibi glos. ultim. etiam in fi. extra de postulando: Redoan. de spol. q. 2. n. 20.* Potest etiam advocare pro suis conjunctis, *cap. fin. & ibi glos. in verbo pro se ipso extra de postul.* Sed hoc declarant multi Canonistæ non habere locum, nisi necessitate instante, ut, puta, quando adversarii sunt nimis potentes, vel conjuncti ipsius Clerici non possunt habere æque bonum, & idoneum Advocatum. Immo hoc casu si quis advocet pro se, patre, aut matre non habentibus Advocatum, aut pro alia miserabili persona, poterit facere contra eum, à quo beneficium est consequutus; ut citando Speculatorem tradit Xamar, *ubi supra.* De Clericis in Ecclesiam nolem ego intelligere.

6 Sæpe etiam poterit Clericus (hoc omne velim intelligas etiam de Monachis) advocare pro amicis suæ Ecclesiæ; quia etiam censetur tunc causa respicere utilitatem ipsius Ecclesiæ: *Redoan. de spol. q. 2. n. 27.* Ast velint his omnibus casibus memoratis esse Advocati non causa lucri, sed benevolentis charitatis: *Cepol. cons. civi. 21. n. 4.* Si tamen velint acquirere necessitatis motivo, & ut

& ut se, fratres, parentes, conjunctosque sustentent, cum fructus beneficii, aut patrimonii non sufficiant, Clericis dico ex animo indulgendum, & concedendum: *Redoan. de spol. q. 2. n. 22. in fin. ubi citat Host. Abb. atque alios.*

7 Ex dictis infertur non posse illos audire, & discere civiles leges, & si contravenerint, quatuor incurrunct pœnas, de quibus *in cap. non magnopere, & in cap. fin. cum ibi notis per DD. ne Clerici, vel Monachi, quas refert Diaz in pract. crim. can. cap. 59. verbo ad legem, & physicam n. 1. Speculat. eod. tit. Trot. in tract. de vero, & perfecto Clerico cap. 35. lib. 2.*

8 Sed potest Romanus Pontifex dare licentiam Clericis, & Religiosis, ut jura Cæsarum audiant: *Archidiacon. in cap. non dicatis 12. q. 1. Perusin. in cap. 2. ne Clerici, vel Monachi, & est communis, quam recipit Stylus Romanae Curia; & ita possunt esse judices in sæcularibus Tribunalibus ex notatis per DD. in c. Clericis extra ne Clerici, vel Monachi, Redoan. de spol. q. 2. n. 28.* Et ita hac tempestate videmus ipsis Tribunalia, Senatūque magis colucere; & maioribus scientiæ radiis micare. Quis enim digno explicet calamo jurisprudentiam, & integritatem sapientissimi Domini mei Antonii Teixeira Alvares Senatoris Palatini? Quis narret facundiam, bonosque mores altissimi, & egregii gravaminum Senatoris DD. Emmanuelis de Almeida de Carvalho? Quis te filebit, DD. Philippe Maciel, in causis Civilibus Judex æquissime, ac Senator famose? Tu verè latio Sermone alter Tullius omne ferens punctum, utile dulci mices. Accedit DD. Emmanuel de Mattos, Magister meus colendissimus, Brasiliæ grande decus, qui eloquio nectareo sæpe attrahit, atque omnia suavissimè attingit.

Privatim verò semper Clerici possunt, & in Camera Juri Cælareo operam dare, ut melius Canonica decreta intelligant, cum Canones maxima ex parte juri Civili sint conjuncti: *cap. 2. de privileg. in 6. jusque Pontificium vocat medullam juris Civilis Barbat. in capitul. conquestus col. 3. de foro compet. & nisi quis bene sciat Canones cum legibus, non potest practicam judiciorum cognoscere. Bal. in cap. cum causam col. 2. de probat.*

Quando autem quis ante Clericatum juri Civili operam dedit, post Clericatum assumptum non prohibetur ad Doctoratus apicem convolare in eodem jure, ut *per Calderin. Conf. 2. Navarr. in cap. non dicatis n. 33. q. 1. neque qui Doctoratum juris Civilis assumpsit, prohibetur ad Clericatum, seu Sacerdotium promoveri: tx. in cap. ad aures, ubi glos. & DD. de atat. & qualit. Plach. in epit. delict. lib. 1. cap. 26. num. 6.* In Curia Romana ex tolerantia Summorum Pontificum Clerici exercent publica munera advocacionis, & procuracionis, quamvis non sint pauperes: *Vestr. in prax. cap. 4. lib. 3. num. 4.*

Hoc tempore, fastisque novimus Clericorum Advocatorum numerum quasi infinitum, & categorematicum, ac illorum in audientiis cohortes; quorum etiam multi sunt Advocati Curiales benemeriti. Miror tamen, quare multi pauperes aliquando suspirent pro Patronis, petantque sæculares, cum Clericis superabundet facultas! Suppono tamen omnes esse paratos ad miseros gratis defendendos, & multos ita facere ab avaritia immunes, & thesaurisandi cura; quod vitium, si in omnibus, in Clericis certe est fædissimum, penitusque abominabile! Thesaurisate vobis, R. Clerici, in cælo, ubi non est ærugo, Vos estis sal terræ, Vos estis lux mundi. Vestr.

tro exemplo seculares, laicique homines vivant, alioquin in tenebras omnes abituri, ubi erit fletus, & stridor dentium.

- 12 Quæritur hic opportunè: Utrum Clericus in jure Doctor, quamvis sit pauper, & non habeat patrimonium, aut beneficium, possit nihilominus legitime ordinari non obstante sacro Concilio Tridentin. *Sess. 21. cap. 2. de reformatione*? Et affirmative resolvunt DD. verisimile est enim eum posse commode sustentari ob doctrinam, cum leges non permittant illarum professores vivere in paupertate, immo ipsis jura bona, & divitias pollicentur: §. *fin. auth. de heredit.* & *falcid.* §. *summa in proximal. Instit. tradit. Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. de alternat. glos. 4. n. 26. Rodrig. in summa p. 2. cap. 15. Gratian. quem citat etiam Xam. de offic. Jud. & Advoc. p. 2. q. 2. n. 69. ex quo desumpsit omnes prædictos DD.*

- 13 Ego nihil a hæc dico, timeo tamen ignaviam aliquorum, qui licet formati, & fere de jure jejunant, & sic etiam æternum poterunt jejunare. Accedit, quia hodie Advocatorum infinitus est numerus, & docti aliqui sæpe non habent unde vivant. Ulterius: Potest Clericus ægrotare, & ita permanere: unde ergo vivet? Cogiteat Domini Episcopi; ad me enim hæc materia non spectat.

#### SUMMARIUM ADDITIONIS.

- 1 Clerici Advocati in causa sanguinis sunt irregulares.
- 2 Neque ex parte rei, neque ex parte actoris stare possunt.
- 3 Laudatur R. D. Fr. Antonius de Azevedo.

#### ADDITIO AD SUPRADICTA.

UT melius caput hoc intelligatur, & percipiatur, in quo de Clericis agimus, scias illos effici irregulares in causa sanguinis: *tx. est in cap. aliquant; & ibi glos. & DD. 15. distinct; & in cap. illud 23. q. 4. Ant. Butr. in c. Clerici n. 1. in primo notabil. ne Clerici, vel Monachi, & ibi etiam Henric. Boic. n. 6. us. in 4. cas. Innocent. in c. Sentent. n. 1. v. item nec Advoc. eod. tit. ne Clerici, vel Monach. ac ibi etiam Cardin. Zabarel. n. 4. Marian. Socin. in c. ad audient. n. 139. de homicid. & ibidem n. 142. Summa Sylv. in verbo homicid. il. 3. v. Secundò queritur. Maiol. de irregularit. lib. 2. cap. 9. n. 1. Albert. Crot. de verbo, & perfectò Clerico lib. 2. c. 23. n. 4. Ig. Lopez in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 98. n. 1. v. & ideo, & num. 18. quod omne procedit etiam procedente protestatione: Cov. in Clem. Si furios. p. 2. §. n. 5. in princ. Idem Lop. in addit. ad Diaz in pract. crimin. canon. cap. 98. n. 19.*

Clericus enim in causa sanguinis non potest esse Advocatus, tam ex parte actoris contra reum, quam ex parte rei contra accusatorem, propter periculum; & ne contingat accusatorem pœnam talionis subire; & quia Clericus potest errare, & propter ipsius imperitiam cliens morti tradi, secundum glos. & Archidiacon. in c. aliquant. 51. dist. Spec. in tit. de dispensat. §. juxta, ver. item si quis, & in tit. de Advocat. §. obiit v. in causa autem. Henric. Boic. in c. Clerici n. 6. extr. ne Clerici, vel Monach. Et ibi concludit, Clericum Advocatum in causa sanguinis nullo modo posse intervenire, neque ex parte actoris, neque ex parte rei, quia nec etiam in dicto judicio sanguinis potest interesse; & propterea



rea si in hoc iudicio sequatur vindicta sanguinis, sine dubio irregularis erit: *Host. in cap. Sent. num. 3. eod. tit. ne Clerici, vel Monachi, & ibi etiam Joannes Andr. n. 6. Anton. de Butr. n. 6. Abbas n. 15.* & procedit hoc de Clerico in sacris constituto, secus de Laico, vel Clerico in minoribus, qui non prohibentur adhuc in tali casu postulare: *Socin. in c. ad audient. n. 142. & 143. per tot. de homicid.* Notabiliter de hac materia scripsit elegantissimus *Trot. in tract. de perfecto Clerico c. 13. n. 4.* ubi ponit limitationes, quas Clerici videre possunt. Verum de hac quaestione dilucide, moris ut est sui, agens *Cov. in d. Clem. si furiosus p. 2. §. 5. n. 5. de homicid.* disputato puncto distinguit: Numquid Advocatus Rei institerit, & petierit accusatorem condemnari, an verò ad hoc non institerit; nec aliquid petierit? Primo casu, pœna sanguinis imposita a iudice, Advocatus efficitur irregularis. Secundo autem casu non; & hanc distinctionem sequitur *Ignatius Lopes in addit. ad Diaz in pract. crimin. cap. 68. n. 20.*

3 Et quoniam hoc capite Ecclesiasticos diximus non posse regulariter jura Cæsarum audire, notabis hodie in nostra Lusitania, ac florentissima Colimbræ Academia publice nos doceri, ac legibus civilibus instrui à colendissimo viro, Dominoque meo, acutissimoque Magistro Fr. Antonio de Azevedo in jure Civili Doctore famoso: Hic Jurisprudentiæ grandis honos, Religionis Sanctissimæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum celsum decus, & magnum incrementum: Virtutibus multis præditus, dignus est filius Joannis, & Felicis; qui ambo Sancti, & quos Ecclesia colit, tali gaudent in terris Præceptore; & post munus peractum, maioraque præmia (si quæ viro æqualia)

cælo meritis onustum recipient. Religionis amans multa bona Monasterio comparat, ut ali possint Religiosi Scholastici, quos præclaros semper hæc habet Religio, & inter illos de præsentis Frat. Antonium da Sylveira Fratrem meum charissimum, & nulli secundum. Hic Reverendissimo obstrictissimus Magistro (& ipse ego multis de causis) noviter etiam Theologiæ Magister in suo prædicto Collegio Conimbricensi.

## SUMMARIUM CAPITIS VI.

- 1 *Advocatus anathema non potest stare in iudicio.*
- 2 *Datur casus specialis, in quo possit admitti, & hic notabilia traduntur.*
- 3 *Excommunicatus non denunciatus potest admitti, si pars, & Judex consentiant. Facta ab Advocato excommunicato etiam vitando subsistunt.*
- 4 *Etiam in illis scriptis, quæ non possunt admitti sine legitimo procuratore, & ibi dantur rationes, & fundamenta.*
- 5 *Ut suspiciones proponantur, requiritur legitimus Advocatus, & si sit excommunicatus, acta ab illo non valent ob Judicis recusati auctoritatem.*
- 6 *Post oppositam excommunicationis exceptionem, non progreditur causa in meritis. Utrum Advocatus excommunicatus possit stipendium accipere? Distinguitur.*

## CAPUT VI.

## De Advocato Excommunicato.

**A**Dvocatus anathema in iudicio stare non potest, neque pro partibus patrocinari debet; illico etenim

etenim arcendus à communicatione nequit orare ; aut pro clientibus intercedere : *cap. decernimus de sententia excommunicat. in 6. Eximius Suar. de censur. disp. 16. sect. 7. n. 1.* Ratio in promptu est ; quia nostrum advocationis officium exerceri non valet sine communicatione , ut de se patet : atqui excommunicatus , ut etiam de se liquet , communicatione caret : ergo rejiciendus est Advocatus excommunicatus , aliumque quærere debet pars libenter. Argues tamen : Reo excommunicato permittitur hoc , nempe , quòd se defendat in judicio , respondeatque adversis : ergo etiam ejus Patrono. Ast argumentum non valet , notoriumque est discrimen ; & bene potest quæcumque pars assumere sibi Patronum timoratum , & non innodatum ; non enim decet aliter esse in judicio. Quòd autem sit ipsa pars excommunicata , ideo est ; quia ipsi defensio non est deneganda , quæ est de jure naturali , ac proinde necessariò respondere debet , judicem informare , de delicto deponere ; & sic de cæteris. Argues 2. Non excommunicatus potest in judicio exercere officium procuratoris pro excommunicato reo , ut illum defendat : *cap. intelleximus de judiciis* : ergo & e contrario excommunicatus potest exercere munus procuratoris pro reo non excommunicato , ut illum scilicet tueatur : Consequentia sequi videtur ex commutata proportione , & quia plus est favendum reo non excommunicato. Negatur tamen consequentia ; ex eo enim quòd non excommunicatus intercedit pro reo excommunicato , non sequitur communicatio cum excommunicato , sed potius ipsa minuitur , quantum commodè fieri valet : ex eo autem , quòd excommunicatus sit alterius procurator non

excommunicati ; necessariò sequitur communicatio cum ipso excommunicato , qui desiderium alienæ partis proponit : at verò jam talis communicatio non est amplectenda ; ut diximus.

Si tamen fingatur casus , in quo reus neque per se ipsum se defendere possit , nec procuratorem alium pro se substituere præter eum , qui excommunicatus est , tunc ob articulum necessitatis excommunicatum posse in alterius causa orare , atque intercedere dixit prædictus *Eximius Suar. ubi supra n. 5.* Ratio est ; quia licet regulariter prohibita sit communicatio cum excommunicato , quandoque propter necessitatem permittitur , & ob magnam utilitatem licet : ergo hoc casu figurato poterit excommunicatus defendere ; ne illa pars , quæ in culpa non est , jure suo privetur , aut bonam causam amittat. Hæc necessitas v. g. occurrere potest , quando est inchoata lis ; & v. c. persona rei est absens , tunc etenim si defendens excommunicatus est , & pars alium non habet substitutum , tunc ob eam rem , ne causa periclitetur , licitè potest excommunicatus suum prosequi munus , donec vel alius creetur , vel ipse absolvatur. Ast si pars contraria resistat , ac excommunicationem objiciat , tunc ad judicem spectat suspendere cursum , & litis progressum , donec pars certioretur ; & admoneri possit , ut sibi provideat , ne ob defectum defensionis injuriam patiatur : sed alio modo meo videri valet hoc componi ; potest enim Judex nominare alium Advocatum , cui excommunicatus obligetur dare informationes omnes , quas habet suæ partis , & cum isto noviter nominato continuari debet lis. Qui tamen Advocatus electus debet esse optimus , scientia præditus , ac virtute conspicuus,

cuus, ne fiat minimum absenti detrimentum. De hoc tamen tu cogitabis, ego enim non resolvo, & licet dicerem ita posse componi meo videri, potest esse grandis dubitatio; licet enim ad officium Judicis spectet dare Advocatum partibus; id est, si ipsæ petant; & potest ista non velle revelare secreta suæ causæ huic, vel illi: cur ergo excommunicatus sine consensu clientis tradet alteri informationes? Aut quomodo ad id obligabitur à Judice? Si ergo absens est reus denuo citetur. Si actor, lis sit suspensa, donec excommunicatus absolvatur, & contra istum habet postea pars regressum; Advocatus enim debet esse bonæ vitæ, & sic supponitur à partibus, qui eum eligunt. Cum ergo excommunicationi fuit obnoxius ob malum factum, tenetur ad detrimentum, quod sponte rebellis suæ dedit parti. Unde quod supra dixi, solum posset practicari; quando materia, informationes, & lis essent mere de jure, nullatenus si essent de facto, & adhuc hoc casu cogitabis, quia sine mandato non datur Advocatus, aut intercedit procurator. Melius est hoc necessitatis casu admittere allegationes excommunicati, prout admitti posse testatur, *ubi supra*, *Eximius Suares* propter prædictam necessitatem.

3 Et scias nos loqui de excommunicato vitando, & denunciato; nam is, qui denunciatus non est, licet repelli possit, tamen etiam potest licite Advocatus admitti, si nempe pars, & Judex consentiant. Si tamen publicè est excommunicatus Advocatus, licet pars non opponat, Judex ex officio repellere eum debet; & à judicio arce-re: utrum verò valeant acta ab excommunicato vitando ad patrocinandum admissa? Dico factum

itare, quia valor talium actuum non tam in jure, quam in facto consistit; munus etenim Advocati in hoc propriè stat, ac relucet, scilicet in dando consilio; quo secundum jura, & optimas rationes causam sibi commissam defendat. Bene autem compati potest, quod Advocatus sit excommunicatus, & nihilominus ederet doctrinam, & sapientem allegationem; quæ non erit ideo minus diserta, eo quod ab excommunicato sit constructa: Totum hoc tradit *Suarez, ubi supra, sect. 7. n. 1.* Hoc defendi potest exemplo testis excommunicati vitandi, de quo antea *Suar. sect. 6. n. 5.* & illico referemus.

Utrum autem hoc possit stare in illis scriptis, quæ in judicio admitti non solent, nisi à legitimo Advocato sint subscripta, *Suarez* interrogat *Eximius? Et ubi supra n. 2.* affirmat quod si Judex velit ea admittere, sine dubio valida erunt; idest sufficientia ad causam fundandam, & promovendam, exemplumque ponit deductum ex à se dictis de teste, & actore; cum etenim actoris excommunicati acta valida sint, ut supponit certum, cur non Advocati? Ita censet *Eximius Doctor*, cujus vestigia adorare mihi fas est. Et generaliter loquendo probari poterit; quia si procuratori excommunicato exceptio non opponatur, neque à judice ipse repellatur, communis Canonistarum sententia docet acta esse valida, *ut in c. 1. de except. in 6. & in c. post cessionem de probat. ubi Abbas n. 17.* Ratio à priori est; quia qui semel fuit procurator, aut Advocatus constitutus non amittit potestatem suam, seu officium quantum ad actum primum propter excommunicationem supervenientem: ergo quamvis per excommunicationem prohibeatur illa uti potestate, attamen si uti contingat, tenebit

tenebit factum. Probatur etiam à simili ex cap. 1. de except. in. 6. quia acta in iudicio ab excommunicato authore, dum non repellitur, valida sunt; quia suo jure, atque potestate utitur, & licet male utatur, communicatione scilicet prohibita; quia tamen non est inhabilis factus, nec privatus potestate, actio suum valorem retinet: ergo idem erit in procuratore, qui vel se gerit ut quidam actor, si actoris procurator sit, vel si sit rei, est tamquam Advocatus, aut defensor, & tunc maior est ratio: Alias rationes adduxit in medium *Eximius Doctor*, ubi supra n. 8.

5 Exemplum de illis scriptis, quæ in iudicio admitti non debent sine legitimo procuratore, aut Advocato, pono ego v. g. in articulis recusationis, quæ subsignare debet præcise legitimus Advocatus: *Ord. lib. 3. tit. 21. §. 4. ibi.*

*Quando alguma das partes tiver suspeição ao Julgador, de velha logo intentar por palavra na audiencia, declarando a causa, porque o entende recusar. E declarando a por palavra, o Julgador lhe mandarà que venha com ella atè a primeira audiencia por escrito, feita por Advogado; e de outra maneira não lhes serà recebida.*

Ecce decretum irritans suspicionem, nisi hæc sit posita per Advocatum; & in tali casu dicerem ego excommunicatum non posse illam subscribere, neque factum valere omnino; quod tu notabis, & cogitabis; quia agitur de magna re, & indecens est per operas Advocati excommunicati Judicem recusari.

6 Post oppositam excommunicationis exceptionem ultra progredi non potest in processu Judex, neque aliquid valide effici; sed debet agi de ipsa exceptione, ac disputari;

sic enim suspenditur omnis potestas agendi, defendendi, procurandi, & iudicandi: ex d. cap. 1. de except. in 6. & cap. Judex de offic. delegat. in 6. Utrum vero Advocatus ferens patrocinium, cum tamen anathema sit, possit condignum stipendium accipere? Multi sunt, qui negant, Canonistæ; affirmativam tamen sententiam amplectitur *Suares*, ubi supra n. 3. quia hæc circumstantia excommunicationis, ut ipse ait, impertinens est ad iustitiam stipendii, quod pro æquivalente labore datur: & quamvis in his terminis adjungatur circumstantia mala contra obedientiam Ecclesiæ, hæc iustitiam non lædit; & ideo non impedit, quominus stipendium iuste accipiatur; nec ad ejus restitutionem obligat. Quod omne intelligitur, dummodo ministerium Advocati in iudicio admissum sit, & in ejus utilitatem cedat, qui stipendium solvit. Quid autem, si labor infructuosus reddatur propter excommunicationem Advocati? Distinctione procedere: aut pars sciebat excommunicationem, aut ignorabat? Si primum, & nihilominus induxit Advocatum ad patrocinandum, licite potest stipendium recipere, teneturque pars dare; & sibi imputet; quia tali periculo voluit libenter se exponere. Si verò petens patrocinium, ignorabat, (quod in dubio semper præsumitur, & ignorantia in materia facti, dum contrarium non probatur; maxime respectu Advocati, quem quis supponat excommunicatum?) Tunc quia Advocatus non monuit, & labor inutilis mansit, ad solvendum consequenter non tenetur; neque, excommunicati Advocati, in tali eventu velitis stipendium accipere; injuste quandoque fecistis; nihilque ad utilitatem vestra conduxit allegatio.

## SUMMARIUM CAPITIS VII.

- 1 Ex hæresi resultat publica infamia, & ideo hereticus advocare non potest. Hæretici sunt incapaces gradûs doctoratus.
- 2 Hæreticus est infamis; ideo infamatus de hæresi, hac probata, remanet infamis de jure, & de factò. Requiritur sententia declaratoria.
- 3 Quando contra hereticum proceditur, secundum aliquos, Advocatus non admittitur.
- 4 Contrarium probatur; & prima procedit opinio, quando sine dubio constat inquisitum esse hereticum. Admittitur Advocatus quando vult probare ex processu non apparere inquisitum esse hereticum.
- 5 Si constat de hæresi, non admittitur Advocatus dicens non esse hæresim, aliter ut hæresis fautor puniendus, si in hoc instet. Unde hæresis contrahitur per eum, qui advocat animo defendendi illam; fitque infamis, & continetur in Bulla Cæne sub nomine defensorum.
- 6 Quando contra hæreticos proceditur summarie, & de plano, non admittitur Advocatus, secus si agatur ordinarie. Non incurrit pœnam Advocatus hereticum defendens, si ignoravit esse hereticum. Advocatus potest opponere in his causis defectum jurisdictionis; ad quod peragendum tutius est petere licentiam.
- 7 Cognitio hæresis privative spectat ad Dominos Inquisitores. De origine istius Tribunalis agitur; & de Domino Inquisitore Generali.
- 8 Laudatur practica Sancti Officii. De Advocatis in isto Tribu-

nali agitur. Quando dubitatur de hæresi, laici sunt incapaces cognitionis; & ferenda sententia. Advocati, & procuratores hereticorum sunt excommunicati. Vide.

- 9 Advocatus sine licentia non potest advocare pro famoso latrone, insignique fure. Licet delictum sit atrocissimum, semper permittitur defensio. Cætera vide, & nota.

## CAPUT VII.

De Advocato Hæretico: Quando Advocatus ad patrocinandum admittatur in hæresis crimine; & qualis esse debeat? De Sancto Tribunali Inquisitionis.

**H**orrendum est hæresis crimen, ex quo oritur publica infamia: ideo supra diximus hereticum non posse advocare: *auth. credentes §. si verò fuerit Advocatus cod. de heretic. tx. in l. que Samaritis c. eod. tx. in cap. excommunicamus 1. §. credentes v. nec Advocatus extra de heretic. Calderin. in tract. de heretic. rubr. de penis hereticorum post n. 2. & in rubr. de penis receptatorum n. 1. in fin. & n. 2. summa Rosell. in verbo hereticus sub n. 16. Locat. in judic. Inquisit. verbo pœna n. 11. Repertor. Inquisit. in verbo Advocatus v. sed utrum hereticus possit esse Advocatus: Simanc. Cathol. Instit. tit. 46. rubr. de pœn. n. 61. Vitalinis in rubr. de crimine hæresis n. 9. Carer. in tract. de heretic. n. 151. Ideo etiam sunt heretici incapaces gradûs Doctoratus: Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 43. n. 4. & c. 51. sub n. 79. extantque de hac re plurimæ Summorum Pontificum constitutiones, & insimul Imperatorum.*

Infamati ergo ob hæresim (quod Deus avertat) Advocati, & si hæresis

resis probetur, manent infames de jure, & de facto, ut pluribus probat *Pegna in addit. ad EymERIC. in Director. Inquisit. p. 1. commentar. 4. ad l. cunctos populos c. ae Summa Trinit. ; & Fide catholic. v. his ita positus, & seq. Canter. quæst. crim. rubric. de heretic. & hæretici ipso jure absque alia sententia, ex ipso quòd in hæresim incurrunt, reputantur infames: Bartol. in l. cunctos populos n. 11. & n. 12. n. 9. op. usit. & ibi Paulus de Castr. n. 18. c. de Summa Trinit. & Fid. Cathol. Alphonsus de Castr. de justa punitione hereticorum lib. 2. c. 9. Verius tamen est (si crimen non sit notorium, & factum) requiri sententiam declaratoriam: *Bursat. conf. 14. n. 18. & seq. Sanches in præcept. Decalog. lib. 2. c. 26. n. 1.**

3 Quæres: utrum Advocatus admittatur ad hæretici defensionem? In crimine hæresis, quando contra illum proceditur, dico Advocatum regulariter non admitti: *Calder. in tract. de heretic. rubr. de his, quæ pertinent ad executionem offic. num. 19. Armilla in verbo heresis n. 13. Summa Angelica in verbo hereticus n. 20. Sylvest. verbo heretic. §. 1. n. 14. in fin. Simanch. Catholic. Instit. tit. 5. rubr. de Advocat. n. 1. Ponzinib. in tract. de Lamis n. 77. Clar. in præct. §. heres. n. 17. v. ultimus: Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 51. n. 13. in princ.*

4 Contrarium tamen suaderi videtur ex *Carer. in tract. de heretic. n. 113. v. in contrarium videtur, & allegat. Alberic. in tract. de Statut. p. 4. q. 33. attestantem se defendisse inculpatos de hæresi in Consistorio publico annullando processum factum contra communitates per Papam Joannem 11. Distinctionis fædere proposita materia eget, & dico sic. Defendere Hæreticum, quæ hæreticum, hoc est, illius hæresim, nullus potest, eadem enim*

labe notabitur: at verò justas defensiones pro illo allegare (suppono non esse de hæresi convictum) quis non poterit? Neque enim denegatur Advocatus, & procurator inquisito, & pro hæresi carcerato, quando dubium est, an ille sit hæreticus, & sic prima regula procedit, quando sine dubio constat inquisitum esse hæreticum, secus autem, si ita non manifestetur, quo casu Advocatus patrocinari potest, & defendere innocentiam: *Affl. et. in Constit. Regni de heretic. rubr. 1. sub n. 43. Locat. in judic. Inquisit. verbo Advocat. n. 1. in princ. Felin. in c. si adversus col. fin. v. in glos. pen. extra de heretic. Et etiam potest dari defensio, quando dubitatur, an hæresis, de qua tractatur, sit vere hæresis: *Simanch. Catholic. Instit. tit. 43. rubr. de modo procedendi, & n. 22. Martin. del Rio de disquisit. magic. lib. 3. in secund. append. q. 38. Oldrad. conf. 220. Pegna ad EymERIC. in Director. Inquisit. p. 2. c. 11. commentar. 20. v. in hac difficultate; col. 1. Carer. in tract. de heretic. n. 114. ante finem v. Joannes de Lignano: Ponzinib. in tract. de Lamis n. 77. Decian. in tract. crim. lib. 5. c. 51. n. 15. Clar. in præct. §. heresis num. 17. ubi ait admitti Advocatum, quando iste vult probare ex processu non apparere inquisitum esse hæreticum.**

Quando autem constat plenissime de hæresi, non est admittendus Advocatus allegans non esse hæresim, si ista pro hæresi est ab Ecclesia habita, ac Pontificibus, quibus viva sit regula fidei; & debemus omnes sequi Ecclesiæ sensum, & venerari. Unde si ab hoc Advocatus recederet, ac contra contenderet, certè erat in carcerem ducendus ut hæreticus, ac hæresis fautor, nullatenus admittendus: *Hostiens. in c. si adversus n. 1. ad med. v. sed ad defendend. heres. extr. de heret. & ibi Boich. n. 3. ubi affirmat, quod hæresis contrahitur*

hitur per eum, qui pro hæretico advocaret animo hæresim defendendi; & instans hæreticum ita contra sanctam fidem, & sacramenta sentientem non debere puniri. Igitur his casibus fient infames Advocati, & privabuntur exercitio advocacionis: *ix. in cap. si advers. extra de hæretic. Hostiens. in summa de hæretic. §. qua pæna imponatur n. 13. v. prohibetur Advocatis. Simanch. in Encbirid, rit. 14. rubr. de defensor. n. 4.* & subjiciuntur Dominis Inquisitoribus, velut impeditores Sancti Officii: *Reptor. Inquist. verbo Advocatus v. item an Advocati exercendo suum officium, & in verbo fautores v. an Advocatus, vel Procurator. Toled. de instruct. Sacerdot. lib. 1. cap. 19. n. 7. Ugolin. in tract. de censur. Pontific. reservat. p. 2. in glos. fautor. in princ. n. 6. Martin. delrio de disquisit. magic. lib. 5. sect. 4. v. secundum est;* & ibi affirmat Advocatum hæreticorum esse de hæresi suspectum: *Jacob. de Graff. lib. 4. Suar. decis. cap. 18. n. 39.* ubi asserit contineri isto casu Advocatum in Bulla Cœnæ Domini sub nomine defensorum. Ita etiam Ugolin; ubi supra. Utinam omnes Advocati fudent in rejiciendis hæresis pestibus, cædeque doment. Echidnam; potest enim meritis esse gratissima meta! Ridiculi, & infensati illi, qui à fide Christiana discedunt, in qua sola veritas, scientia, & quidquid bonum est, relucet: cætera vero dogmata perniciofa; quæ tamen nunquam prævalebunt adversus Ecclesiam.

- 6 Quando contra hæreticum proceditur summarie, simpliciter, & de plano, dicunt DD. non admitti Advocatum, sed solum quando ordinarie agitur: *Afflict. in constit. regni de hæretic. rubr. 1. n. 43. post med. & allegat Geminianum: facit Decian in tract. crim. lib. 5. cap. 51. n. 19.* similiter dicunt non incurri pænam ab Advocato pro hæretico pa-

trrocinate, si iste ignoravit esse hæreticum: *Idem Decian. ubi supra n. 14.* & quod arbitrio boni Judicis relinquatur, quando pro hæretico poscit intervenire procurator, dixit *idem n. 20.* Et quocumque casu Advocatus intercedat, esse de licentia Dominorum Inquisitorum testatur *Ugolin. in tract. de censur. Pontifici reservat. p. 2. in glos. fautor. in princ. n. 6. v. in hoc tamen casu col. 2.* Et potest Advocatus opponere defectum jurisdictionis in Judice: *Decian. in tract. crim. lib. 5. cap. 37. n. 51.* Sed ait isto casu tutius esse petere licentiam à Domino Inquisitore, vel à Domino Episcopo. Videbis tamen infra de hac materia; hoc enim absolute pro nunc sunt prolata. Ergo sic.

Habemus de hæreticis *Ord. lib. 5. tit. 1. ibi.*

*O conhecimento do crime da heresia pertence principalmente aos Juizes Ecclesiasticos. E porque elles não poem fazer as execuções nos condemnados no dito crime, por serem de sangue, &c.*

Et ad intelligentiam hujus legis notandum est hodie spectare private cognitionem hæresis ad Dominos Inquisitores, qui sententias proferunt in hæresis casu. Tribunal Supremum Inquisitionis fuit introductum in Regnum Portugalliæ tempore Invidiosissimi DD. Joannis Tertii, quod Pontifex eidem Regi concessit per Bullam specialem, in qua Inquisitori supremo, atque Tribunali universo, Dominis Inquisitoribus, & officialibus amplissima indulget privilegia, de quibus in eadem Bulla. Dominus ergo Inquisitor Generalis creatur à Rege, & confirmatur à Papa, & ad hanc dignitatem excellentem semper assumitur aliquis Antistes ex præcipuis Lusitanæ, & qui vir sit vitæ devotissimæ, benignus, mansuetus, & misericors. Huic viro grandis est potestas, ut

latè *Fragos. de regim. Reipublic. p. 2. lib. 4. disp. 13. §. 6.* ubi poteris videre; & §. 7. de potestate Dominorum Inquisitorum, auctoritate, & Dignitate latè agentem; & §. 8. agit, an Episcopus, & Inquisitor in crimine hæresis debeat simul procedere, & quando alter sine altero possit? Et §. 10. referuntur privilegia Dominorum Inquisitorum. Practica Sancti Officii in causis specialis est; & ibi etiam dantur boni Advocati, neque Sanctum Tribunal denegat justas defensiones. Procedit summa pietate, & clementia, benigne reos admonendo, vias Domini docendo, exterminando hæreses, Judæos puniendo; & ex hoc Sancto Tribunali procedunt mille utilitates toti Regno Lusitaniæ. Est columna fidei, regni decus, & totius Portugalliæ splendor. Inquisitor Generalis est hodie Eminentissimus D.D. Cardinalis à Cunha toto Orbe Nomen celeberrimum, & in Roma, capite mundi, ubi virtutis, prudentiæ, liberalitatis notabilia dedit documenta, & doctrinæ, quibus omnibus Lusitanos evexit ad astra Princeps clarissimus, & summa Parentum nobilitate conspicuus, inter enim præcipuas Lusitaniæ familias sunt Cunnæ Orientis terror. Huic fratris filius charissimus existit hodie Excellentissimus Comes de Povolide liberalibus artibus bene versatus.

8 Cùm tamen de hac materia dicere promitterem, duobus verbis satisfacio. Practica Sancti Officii est justissima, & ibi dantur reis omnes defensiones. Habent Advocatos, & quod magis est, Judices peritissimos, qui culpas examinant, & audiunt illos. De particularibus illius Tribunalis sancti scribere ego non possum procedendi modis; fulminatur enim ad intra processus. Hoc scio tantum, in omnibus operari juste, mature, diserte, & summa pietate, laudabilique justitia. Sine tamen facultate

te Sancti Officii nemo advocat; & ibi sunt Deputati laudabilis vitæ viri; debent etenim esse probi, de legalitate non suspecti, juris periti, fidei zelatores, & secreti inviolabilis: *Locat. in judic. Inquisit. verbo Advocatus n. 1. in princ. & in verbo defensiones n. 1. Simanch. Cathol. Instit. tit. 5. rubric. de Advocat. n. 3. & 4. pulchrè Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 37. n. 51.* Et notabis, quòd quando de hæresi dubitatur, solum Judices Ecclesiastici possunt decidere; laici incapaces reputantur ferendæ sententiæ ab illis in tali casu; ut vulgare est. Utrum generaliter sint excommunicati Advocati defendentes hæreticos notos, vide *Butr. in cap. si adversus n. 3. quem, & Marian. Soccin. citat Farinac. de hæres. q. 197. §. 3. n. 57. & tu cum Anan. ibi etiam citato, Host. Afflict. Decian. & Carer.* ita pro affirmativa. Et datur de hoc Constitutio Martini 5. incip. *Inter cunctas in v. nec non presentes*, quam refert *Pegn. inter litteras Apostolic. post Direct. Inquisit. fol. 97.* & ipsa expresse cavetur Advocatos, & procuratores hæreticorum esse excommunicatos; neque de hoc dubitandum est. Ita etiam resolvit *Xamar de offic. Judic. & Advocat. p. 2. q. 2. n. 63. Portocles ad Molin. in verbo Advocatus n. 30. Nunc ad alia.*

9 Pro famoso latrone, insignique fure non potes advocare: *l. 2. cod. de offic. Præ. l. per omnes cod. de defensor. civit. Roman. in l. si vero §. de viro in 46. fall. ff. solut. matrim. Thom. Mier. p. 2. collat. 6. c. 17. de Professor. Juris perit. & Medic. post. in 14. Portocl. ad Molin. in d. verbo Advocatus n. 29. Marant. de ordin. judic. c. de inquisit. n. 191.* sicut etiam in aliis gravissimis delictis, ut tradit *Bertachin. in verbo advocare v. 19. Bald. in auth. habit. n. 25. & ibi additio Barbat. cod. ne filius pro patre, Rol. conf. 63. vol. 3. Bartol. in l. post*



post legatum §. sunt qui ff. de his, quibus ut indign. Rationem istius præbet Gratian. for. tom. 1. c. 55. n. 19. quia sic videtur Advocatus delinquenti famoso operam præstare. Hoc tamen limitatur, si Advocatus petat licentiam, ut docet Xam. ubi supra n. 66. Sed apud nos nunquam vidi practicum; licet enim delictum sit atrocissimum, semper permittitur defensio; & dantur dies ad dicendum in summario facto de jure, & de facto, & sunt tres; & per restitutionem potest terminus prorogari: & culpatus potest petere quemcumque Advocatum, & aliter favet Misericordia suo Advocato in re criminali, qui hodie est bonus fenex Noutelius de Carvalho Brandaõ caufarum Atlas.

Et jure merito ita observatur; defensio enim in quocumque delicto est de jure naturali.

## SUMMARIUM CAPITIS VIII.

- 1 Promittens bonum litis eventum, sive sententiam favorabilem alicui punitur eadem pena, qua corrumpens: multi tamen censent non eadem castigandum. Quid sit promittere talem eventum declaratur exemplo.
- 2 Advocatus quid tale promittens tenetur eodem modo, quo tenentur illi, qui sunt de Judicis familia; graviterque puniri debet, & declaratur promissio.
- 3 Tales Advocati dicuntur fumi venditores, & habet locum contra illos pena injuriarum, & fustibus cædi debent. Manifestatur hujus injuriæ acerbitas. Quid, si Advocatus non recipiat pecuniam, sed de illa promissionem. Multi affirmant. Sed non tam graviter puniendum affirmamus, licet semper injuria habeat lo-

cum, quod certum est. Siquis autem ob hoc recipiat debiti chirographum veluti ex mutui causa, rigida intrat pena: Ponderatur hæc materia.

- 4 Talis promittens puniri potest usque ad litis aestimationem, & in Insulam relegari, ac fustibus castigari. Pena mortis habet locum hoc in casu, & multò magis, si Advocatus utrique parti favorabilem promittat sententiam; tunc enim committitur turpissima barattaria. Vide, & nota.
- 5 Stante reo inquisito de crimine capitali, non licet promittere favorabilem sententiam. Vide, nota.
- 6 Fumi venditores sunt Zotici. Memoratur Vetronius Thurinus ab Alexandro Magno damnatus. Fumi venditores in crucem tollebantur, vel ad stipitem ligabantur fumo apposito, quo denique miserrime peribant. Plurima in fumi venditores, & cacos terribiles scribuntur.

## CAPUT VIII.

De Advocato promittente bonum litis eventum. De eo, qui se simulat (ad hoc) amicum boni Judicis, & turpissimus dicitur fumi venditor.

**P**romittens bonum litis eventum, atque sententiam alicui favorabilem, & ob id pecuniam, donave recipiens punitur eadem pena, qua puniendus est corrumpens; & qui pecuniam præbet pro tali ferenda sententia: tx. in l. qui explicand. cod. de accusat. & ibi glos. 1. & in verbo qui explicandi. Et ponunt DD. exemplum, ut si v. g. aliquis dicat: Informabo Judicem magnum amicum meum, ita ut pronuntiabit pro te, si voluero. Aliqui voluere

voluere puniri talem promittentem sicut Corruptorem, aut non eadem pœna. Sed quod pari pœna puniatur expressè voluit *Glos. in l. item apud Labeonem §. idem ait verbo vendidit ff. de injur. Put. de syndicat. in verbo corruptio cap. 1. n. 11. in fin. v. officialis Præsid. Cyrill. in summa crimin. rubr. 33. de pen. Judic. malè judic. §. fin. n. 3. post medium v. Prætor etiam. Menoch. de arbitr. quæst. lib. 2. cas. 344. per tot, ubi bene.*

2 Ideo Advocatus, qui recepta pecunia à suo clientulo promittit Judicis sententiam favorabilem, eo quia est sibi amicus idem Judex, tenetur eadem pœna, qua illi tenentur, qui sunt de familia, ac Judicis cohorte similia promittentes: ita voluit *Bellapert. in l. qui explicandi v. numquid idem in Advocat. cod. de accusat.* Et quod isto casu Advocati graviter puniantur, quando indubitanter promittunt se facturos cum Judice, quod in favorem ejus, à quo ob id pecuniam recipiunt, pronuntiabit propter amicitiam, quam secum illis habent, voluit *Angel. in l. apud Labeonem §. item ait 2. n. 3. ff. de injur. Idem Put. de syndicat. in verbo corruptio cap. 1. post n. 12. Decian. in tract. crimin. lib. 8. c. 35. n. 27. ubi agit de Advocatis, & procuratoribus.*

3 Etiam puniuntur isti turpissimi sumi venditores pœna injuriarum; magnam etenim bonis Judicibus faciunt injuriam, dum venalem in illis justitiam supponunt, ac ita partibus persuadent, à quibus pecunias, & dona extorquent, & quod peius est, plurimas quandoque recipiunt, simulantes se Judicibus daturos, quo facto miseròs ludunt clientes, magnumque simul dedecus, & injuriam Prætoribus faciunt, ac ita bonis fustibus cædi debent: secundum *glos. in l. qui explicandi in glos. 1. in fin. & in verbo non mi-*

*nus v. familiares autem cod. de accusat. & ibi citatus Bellapert. in fin. Angel. col. 1. v. tu dic.* Utrùm verò puniatur noister Advocatus, aut quicumque alius quid tale promittens, si de facto non accipiant pecuniam, sed tantum promissionem de illa, quæstio esse potest? Multi DD. pro affirmativa stant, licet effectum aliter, male Advocate, non recipias, sed aliena sis contentus promissione. Ita *Angel. in l. qui explicandi 1. notab. cod. de accusat. & ibi Odofred.* De injuria ego facta Judici in tali casu non dubito, & licet promissionem non consequaris, sufficit enim intentare turpe factum. Dum tamen solam promissionem habes, te dico non adeo graviter puniendum; quia talis particularis promissio ad nihil obligat, & licet illam habeas, nihil realiter recepisti: pendet ergo ex eventu negotium. Si tamen tibi detur debiti chirographum, veluti accepta pecunia mutui causa, turpissimè egisti, & habet genuinum locum dura pœna, licet suppositus debitor non solvat, vel solvendo non sit; tua enim spe captus horrendum crimen fecisti. Absit à te, Advocate, talis contractus cum tuis partibus, neque de nostris Lusitanis Advocatis hoc speratur, illis etenim tale quid promittentibus quis crederet, cum omnis Lusitania Lusitanorum Judicum veneretur integritatem? Siquis Advocatus tale proferat, mentitur sane, & licet Advocatus habeat familiaritatem cum Judice, hæc non excedit terminos politicos, sanctamque decentiam. Et quis Judex tam fatuus erit, qui propter pecuniam, donave aliqua vendat sententiam, ac ab alia parte auferat bona? O crimen pessimum! O facinus horrendum! Usquequo, sancte Domine, pateris hoc?

Propter hoc dicunt DD. posse puniri

niri talem promittentem usque ad litis æstimationem: *Butigrar. in d. l. qui explicandi v. vel dic. cod. de accusat.* & in Insulam relegabitur. *Farinac. in prax. p. 3. q. 111. n. 281.* & respectu injuriæ, ac fustium castigationis citat textum in l. item apud Labeonem, cujus hæc sunt verba: *Idem ait eum, qui eventum sententiæ velut laturus pecunia vendidit, fustibus, à Præsede ob hoc castigatum injuriarum damnatum videri, utique autem apparet hæc injuriam ei fecisse, cujus sententiam vendidit.* Immo ego credo talem Advocatum proculdubio pæna mortis in tali casu debere condemnari, si præsertim fama Judicis sit certa, & bona, & præcipue si aliquis ex Senatoribus sit. Et multo magis puniendus erit Advocatus, si utriusque parti favorabilem promittat sententiam, actori scilicet, & reo. Quantum nebulo hic locupletari poterit, si plurimi sint oppositores in causa? Omnibus promittet bono animo victoriam! O longa crudelitas? Hoc casu committi turpissimam barattariam in confesso est apud DD. Iniquissima hæc est mercatura, hicque promittens grandissimus latro reputatur in varias partes longissimè reproductus. *Odofred. in d. l. explicandi cod. de accusat. Put. de syndicat. in verbo corruptio n. 6.* Neque est dubium, quòd in eadem persona plures concurrere possunt barattariæ: *Decian. in tractat. crim. lib. 8. c. 39. n. 21. Amad. de syndicat. n. 170.*

5 Hic tamen sese offert quæsitum unum: utrum prædictis pænis debeat puniri ille, qui recepta pecunia, promittit Judicis favorabilem sententiam, stante reo inquisito de crimine capitali? Et pro parte negativa facit hoc; quia licitum est reo capitaliter inquisito quomodocumque, & qualitercumque, & etiam mediante pecunia sanguinem

suum redimere; ita ut non puniatur, si pro salvando vitam, Judicem corrumpat: *Bartol. in l. qui explicandi v. audiui dubium cod. de accusat. & ibi Angel. in v. sed quero: Imol. cons. 203. n. 3. & seq.* ubi ampliatur hoc etiam licere alteri extraneo, quia propterea impunè poterit Judicem pecunia corrumpere, ut alterius capitaliter inquisiti sanguinem redimat. Et hanc esse pulchram ampliacionem dicit *Farinac. in prax. p. 3. q. 111. numer. 115.* & illam tunc habere de facto. Nos tamen contrarium sequi sanctus inpellit timor, & favet *Put. de syndicat. in verbo corruptio c. 1. n. 11. Decian. in tractat. crimin. lib. 8. c. 35. n. 27.* quidquid *Bertach. in repertorio verbo corrumpens Judicem n. 14. allegando Bartol. in d. l. qui explicandi,* qui tale non dicit, asserat, quod non puniatur Judex etiam, qui promittit se corrumpi à reo inquisito in causa capitali: unde nullus Advocatus tali casu potest quid promittere; & ita tene; & quod puniatur, qui recepta pecunia, sententiam favorabilem promittit, licet Judicem de facto non corrumpat, & ipsi nihil circa rem dicant, & ita intelligitur *tx. in l. qui explicandi cod. de accusat.* Quapropter quamvis Judex nec quidem contemplatione tui festucam fecit, nihilominus male Advocate, teneris.

6 Nolite, ergo, Advocati esse Zotici, zoticus enim familiaritatis nomine abutens omnia Heliogabali dicta, & facta regere dicebat, & ita his fumis maximas divitias miserrime comparavit, & multa promittens, plurimos sæpe fallebat. Alius fuit fumi vëditor celeberrimus, nempe *Vetronius Thurinus*, qui magnum *Alexandrum* sibi adstrictum persuadebat mille artibus, & ambagibus, donec in scelere deprehensum, de crimineque convictum,

etum, & probatis omnibus per testes, Alexander illum in foro transitorio ligari ad stipitem præcepit, & fumo appposito, quem ex stipulis, atque humidis lignis fieri jusserat, eum sic necavit. Alterum fumi venditorem in crucem tolli jussit idem Alexander, & illius pænæ meminit *Crinii. lib. 18. de honest. disciplin. c. 11.* Alexander Severus Imperator justissimus ex his fumi venditoribus alios cruci affigi jussit, alteros fumo necavit. Ego fumi venditoribus offero hæc Virgilit carmina, digni enim fumo sunt, molaribus, telis, & memoratis omnibus propter rapinas detectas.

*Ergo insperata deprensam luce repente*

*Inclusumque cavo saxo, atque infueta rudentem*

*Desuper Alcides telis premit, omniaque arma*

*Advocat, & ramis, vastisque molaribus instat.*

*Ille autem (neque enim fuga jam super ulla periculi est)*

*Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu)*

*Evomit, involvitque domum caligine caca,*

*Prospectum eripiens oculis, glomeratque sub antro*

*Fumiferam noctem, commisit igne tenebris.*

*Non tulit Alcides animis, seque ipse per ignem*

*Præcipiti jecit saltu, qua plurimus undam*

*Fumus agit, nebulaque ingens specus aestuat atra.*

*Hic Cacum in tenebris incendia vana vomentem*

*Corripit in nodum complexus, & angit inherens*

*Elisos oculos, & sicum sanguine guttur.*

*Panditur extemplo foribus domus atra revulsis,*

*Abstractæque boves, abjuratæque rapina.*

Caci terribiles, o viri insensati!  
Quis vos fascinavit?

## SUMMARIUM CAPITIS IX.

- 1 *Exemplo Sancti Andrea Avellini Advocati debemus amare veritatem.*
- 2 *Mendacium commune est, & ipse Orbis mendacii Officina. Quod quisque in alterius causa equum credit, in sua debet pati.*
- 3 *Si Advocatus per mendacium affirmet ita, vel sic jus esse, non aspernabitur idem in sua.*
- 4 *Durum hoc videtur Bachovio; & ibi dantur rationes. Intelligendum ergo est, quando consilium procedit ex dolo malo, indubitanterque.*
- 5 *Mentitur Advocatus, quando cum altera parte colludit. Mendacium stat etiam in falsis allegationibus: solum per allegationes veras informatur Judex. Immo ipsa Tribunalia, & Princeps informantur; licet habeant jura in Scrinio pectoris. Omnium habere memoriam divinitatis est; idest per miraculum, quia in divinis non est memoria, sed omne presens, quod hic libet dicere.*
- 6 *Qui correctas, antiquatas, & abrogatas leges allegat, plectendus est. Multo fortius qui illas supponunt, que numquam extitere.*
- 7 *Advocati, qui allegant auctores incognitos, & quorum scripta non inveniuntur facile, sunt de falsitate suspecti. Limitatio de hoc ab Authore tradita.*
- 8 *Advocatus si possit in casu occurrenti debet esse contentus Lusitanis legibus, lysiiq; Authoribus. Contrarium est ostentare, facileque est; & hæc notitia, sive scientia magis*

magis dependet à pecunia, quam ab ingenio. Multi citant Authores, quos non intelligunt.

9 Mendacium vanum, & turpe est: Diabolus est pater mendacii. Mendacium non durat. Mendax in uno præsimitur in omnibus.

10 Advocatus mendax repellendus est à iudicio. Facundia, quæ ad mendacium conducit dicitur canina: Advocati sunt solius veritatis defensores, ideo falsum recitantes tenentur falsi.

11 Iudex ex officio inquirit contra mendaces Advocatos; & male se in officio versantes.

12 Plura in mendacium doctè hic scribuntur à Drexel: Claudiani venusta carmina pro veritate.

13 Prosequitur materia: agitur de veritate. Advocatus mendax labore vexatur; & indiget verborum adminiculis.

14 Mendax Advocatus de uno peccato in alium truditur: Magna affinitas est inter mendacium, & furtum.

15 Maior, & Joannes Passeratus publicè dixere de laudibus mendacii; & alii de aliis rebus turpissimis. Hæc hominum vanitas, & audacia est!

## CAPUT IX.

De Advocato mentiente: Ubi de mendacio latè agitur.

I Am supra cap. I. laudavimus S. Andream Avellinum insignem Advocatum, adeo veritatis amantem, ut præ mendacio complimentoso, & levi fanè, quod protulit in iudicio, se abstinuit ulterius à munere advocacy, Deoque se tradidit à mundo, & fraudibus fugiens; quo exemplo, & ipsius sancti devotione debemus semper profiteri veritatem. Utinam hæc capiant Advocati? Væ legenti, & non ita facienti!

Sed quia plurimi graviter mentiuntur, quo nil communius, orbis enim ipse est Officina mendacii, & omnis homo mendax; ideo de Advocatis mentientibus hic breviter sumus àcturi. Sciendum ergo est, Ulpiano summè æquum, & iustum vitum fuisse, ut quod ipse quis in alterius causa æquum esse crediderit, id in ipsius quoque valere patiatur, quis enim aspernabitur, aut contemnet, idem jus sibi proferri, quod ipse aliis dixit? l. I. ff. quod quis quæ jur.

Et ex hac generali conclusione concludunt Interpretes, & DD. quod si Advocatus, ubi consilium ejus petitur, affirmet per mendacium ita, vel ita jus esse, cum tamen contrarium indubitanter sciat, quod in pænam hujus mendacii etiam in propria causa, eodem consilio consulens stare cogatur omnino, ut scripsere Zaz. in. d. l. I. in princ. & Jason ibid. num. 10. Trentl. disp. 4. th. 9. lit. f. vol. I.

Ast hoc Bachovio ad eandem L. durum videtur; esset enim adstringere Advocatum adperpetuo unam, eandemque sententiam sequendam, cum ipsis non sit illicitum sequi probabilitates opinionum, nunc affirmativæ insistendo, aliàs negativam sequendo. Et si in hoc fraus adesset, ubi Advocatus non mentiens? Quis est iste, & laudabimus eum? Et roboratur; quia dantur quæstiones de apicibus juris, & valde controversæ, & sunt communes contra communes, quibus Advocatus potest aliquid indulgere amicitia, & favori. Sunt ergo supra meo videri intelligenda in casu, ubi mendacium consilii procedat è dolo malo, vel lata culpa versutia, ad quod adduco ipsammet authoritatem Zaz. de quo supra.

Similiter grave est mendacium Advocati, quando uni dicens se patrocinari parti, clam etiam cum